R. MOSES MAIMONIDES

DE JURE


PAUPERIS ET PEREGRINI

APUD JUDÆOS.

Latine vertit & notis illuſtravit

HUMPHRIDUS PRIDEAUX, A.M.

Ædis Chriſti Alumnus.



OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO,

An. Dom. CIↃ DC LXXIX.

Venales proſtant apud *Moſem Pit* ad inſigne Angeli in Cœmiterio Divi Pauli *Londini*.

Febr. 7. 1678.

Imprimatur

JO: NICHOLAS Vice-Can.Oxon.

Honoratiſſimo Domino

D^no HENEAGIO FINCH

DAVENTRIÆ BARONI,

ET

Summo Angliæ Cancellario.

HONORATISSIME DOMINE

CUm apud plerosque hiſce diebus adeo viſceſcant Rabbinici Scriptores, non auderem aliquem ex iſta Gente tanto Patrocinio commendare, niſi omnium ſuffragiis probatiſſimum Authorem. Qui cætera convellunt Judæorum ſcripta, & ut inutilia damnant prorſus & rejiciunt, Maimonidem ſemper agnoſcunt ſcriptorem minime nugacem; ſi vero eos appellemus, qui de his literis melius ſentiunt, tam longe abeſt à contemptu, ut quaſcunque laudes maximis ingenii viribus, ſummaque rerum doctrina conſequuntur qui utriſque inſtructiſſimi

sunt, ipse etiam eorum judicio videtur meruisse; ex eâ itaque famâ, quâ hinc apud doctiorem quemque celebratur maximâ, mihi spondeo non indignum, qui sub auspiciis maximi viri in lucem prodeat. In omni parte Juris Mosaici tam exercitatus fuit, & tam peritissimus ejusdem interpres, ut apud suos post ipsum Legislatorem maximæ semper haberetur auctoritatis, atque ideo tibi spero gratiorem fore, quod in Legibus gentis suæ ad eximium eum gloriæ apicem proxime attigerit, quem ipse assecutus es in iis, quarum meritissime constitueris sub supremo Legislatore nostro supremus moderator. Nec sane istæ Leges, quas pertractat Maimonides, adeo alienæ sunt ab iis, quæ tuo subsunt moderamini, quin possint utræque eundem habere Patronum. Si enim vetustiores Juris municipalis nostri investigemus origines, illiusque antiqua indagemus primordia, à jure Mosaico prima fundamina accepisse inveniemus, nec alias ferme leges veteres Anglorum Reges subditis suis conscripsisse, nisi quæ prius fuerant Judæorum. Tenuit ista pietas primos Legislatores nostros,

ut

ut quas Deus ipse condiderat Leges, ad suam etiam Rempublicam instituendam putarent præstantissimas; quarum licet pauca jam maneant vestigia, cum tamen plerisque tam jucundum fit in antiqua monumenta primasque rerum origines inquirere, post totam juris Anglicani exhaustam peritiam, post totam illius evolutam antiquitatem tibi minime ingratum auguror ipsos tandem fontes inspicere, unde illud primo fuerat derivatum. Ad te igitur Juris Anglicani supremum Decus accedit celebratissimus jurisconsultus Judæus, cujus egregii operis licet pars hæc exigua sit, cum tamen ea de Eleemosynis & portione Pauperum agat, quorum Te non tantum propria pietas, quin etiam leges celsissimi istius Cancellarii muneris, quod cum tanta laude in Republica geris, summum faciunt patronum, jure quodam postulat patrocinium tuum. Patere itaque (Honoratissime Domine) ut ea jam curâ & labore meo ex obscuris ignotæ linguæ latebris in lucem producta sub nominis tui vivat & foveatur tutela: Cum enim tantum favoris tui, tantum benignitatis expertus fuerim,

Tibi soli & memetipsum & omnes conatus meos jure optimo devovendos duco. Si itaque in hac palæstra, quâ me jam exercui, operamque navavi meam, aliquod præstitum fuerit, quod vel tibi placere, vel publico literatorum commodo inservire possit, totum hoc nomini tuo dicandum permittas, obnixe obtestatur

Honoratissimæ Amplitudini tuæ

devotissimus

HUMPHRIDUS PRIDEAUX.

LECTO-

L E C T O R I.

TRado in manus tuas (Benevole Lector) duos Titulos Juris Judaici, prout eos ex utroque Talmude in compendium redegit Rabbi Moses filius Maimonis, vir magni nominis tam apud Christianos quam suos: qui cum summis animi dotibus instructus fuisset, eas omnes ad jura Gentis suæ explicanda adhibuit: In qua palæstra tam optimo desudavit successu, ut totum jus Judaicum barbarie & sentina Talmudica prius fere absorptum & penitus demersum adeo feliciter restituit, ut hinc, quasi alter esset illius conditor, de eo apud Judæos egregium hoc totius gentis suffragiis ubique receptum est elogium, ממשה עד משה לא קם כמשה *i. e.* à Mose [*propheta*] usque ad Mosem [*Maimonidem*] non extitit qualis Moses [*Maimonides.*]

Jus Judaicum, sicut cætera omnia jura, duplicis naturæ est, Originatium & ab Originario

ortum

ortum; hoc Legem oralem, illud Legem ſcriptam vocant Judæi; utramque ſimul pertractat Maimonides. Lex ſcripta ea eſt, quæ ipſius Legiſlatoris autoritate conſignata in Pentateucho continetur: eam diſtribuunt juriſconſulti Judæi in 613. *præcepta, quorum* 365, *quæ illicita prohibent, præcepta negativa; reliqua* 248, *quæ facienda jubent, præcepta affirmativa appellantur. Hæc ſola legum vim & autoritatem habent, totiuſque juris Judaici ſunt fundamenta; ſed cum ad omnes particulares actiones ita applicari non potuiſſent, ut univerſas, quæ oriebantur, propalam dirimerent controverſias, hinc in ſubſidium venerunt Conſtitutiones Prophetarum & Sapientum, Decreta Synedrii, Deciſiones Judicum, & Interpretationes Doctorum, quæ juri Judaico, ſicut reſcripta Imperatorum & reſponſa Prudentum juri civili Romano, uti data erat occaſio, continuo addebantur, eamque partem illius, quam vocant Legem oralem, conſtituebant: ea enim non ſcripta erat, ſed ore tenus primo à Moſe ad Joſhuam, & deinde à Joſhua ad Seniores, qui poſt illius obitum gentis regimen accipiebant, & à Senioribus rurſus ad Prophetas, & ſic deinceps diu*

tranſmiſſa

transmissa fuerat. Ex his eæ Constitutiones, quæ ipsi Mosi acceptæ referuntur, maximæ auctoritatis habebantur: eas enim dicunt illum eodem tempore, quo Legem ipsam, in monte Sina à Deo accepisse, & ore tenus Israelitis tradidisse; atque ideo vocantur Constitutiones Mosis è Sina, quarum frequens mentio est in Talmudicis Scriptoribus. In proximo gradu sunt, quas Prophetæ, & deinde quas Sapientes suo quisque seculo constituerunt. Post datam enim legem Moses ipse per quadraginta, quibus vixerat, annos quomodo ea observanda esset, & quomodo in singulis causis & controversiis exercenda Israelitas continuo docebat: si qua enim difficultas oriretur, ipse eam juxta legem dirimebat; si in aliquo præcepto quid dubitatum esset, explicabat interpretationem illius; & ubi populum ad violandam legem nimis pronum deprehendebat, quomodo reprimendi essent constituebat; omnesque hæ Decisiones, Interpretationes, & Constitutiones illius ab Israelitis memoria retentæ ad posteros pro certissimis regulis juris transmittebantur. Post Mosis autem obitum, si quid dubii vel in ritibus vel in judiciis exercendis oriretur, illud ad Pontificem maximum, uti à Mose præceptum

 fuerat

fuerat (Deut. 17. v. 8.) vel potius ad Prophetam, si quis tum in Israele fuisset, determinandum deferebant, & quicquid ab his decretum fuerat, cæteris traditionibus addebatur, & sic continuo factum fuerat usq; ad Captivitatem Babylonicam. Post reditum autem è Babylonia, cum jam diuturnum illud & à patria & à patriis legibus exilium omnes has traditiones è populi memoria fere penitus delevisset; congregata est Synagoga magna, quam ex centum & viginti viris præstantissimis dicunt constare; iique, inquiunt Judæi, recollectis & simul collatis, quascunque ex antiquis traditionibus singuli memoria tenuerant, Legem oralem iterum restituere, eique insuper multas novas Constitutiones, & Interpretationes pro re nata addidere; quod itidem & in Consessibus Sapientum, qui iis successerunt, continuo factum fuerat. Cum enim jam extincto inter Israelitas spiritu prophetiæ, & oraculo, (quod Pontifici maximo per Urim & Thummim solebat respondere) post excisum templum primum penitus ablato, nullus amplius esset in ea gente infallibilis controversiarum judex, omnia deinceps in Synedrio juxta plurium suffragia transigebantur, nisi forte quis inter eos ob eminenti-

orem

orem juris peritiam tantæ auctoritatis esset, ut illius de rebus in dubium vocatis sententia deinde pro stabilita Constitutione reciperetur, quales fuerant Simeon justus, Hillel, Gamaliel, aliique. Quæcunque autem ab his Sapientibus, vel à Synedrio statuta fuerant eodem modo quo Constitutiones Prophetarum juri Judaico addebantur; iisque Judæi, jam prævalente Pharisæorum secta, qui in observandis traditionibus suis usque ad impietatem superstitiosi fuerant, non minus quam lege ipsa se obligatos existimabant; atque ideo quo melius omnibus promulgatæ, simul & posteris conservatæ essent, Scholæ instituebantur, in quibus jus Judaicum eodem modo, quo Justinianæum in nostris, ab iisdem plerumque qui in Synedrio, summisq; Gentis consiliis præsidebant, summo studio docebatur: in iis cum quotidie aut quæstiones determinandæ, aut difficiliora Legis explicanda proponerentur, novæ Determinationes, & Interpretationes etiam continuo excusæ fuerant, præsertim sub Hillele, qui regnante Herode non multis ante Christi nativitatem annis Synedrii præses & Rector Academiæ Hierosolymis constitutus quamplurima Legi orali addebat; quod idem & à successoribus illius

 singulis

ſingulis ſeculis, quæ deinde ſequebantur, factum fuerat uſque ad R. Judam Sanctum, qui ei in utroque magiſtratu ſeptimus ſucceſſerat. Ille autem imperante Antonino Pio ad hanc dignitatem evectus, cum jam vidiſſet gentem ſuam tot cladibus, quas ſub Veſpaſiano & Adriano Imperatoribus Romanis paſſa eſſet, adeo afflictam, eoque exilio, quo ex ſævo Adriani edicto mulctati fuerant, tam miſere diſſipatam, ut inter tot miſerias quam pauciſſimi deinde Legis ſtudio poterant vacare; atque ideo timeret, ne ea jam tot incrementis aucta ſolâ traditione orali vix diutius conſervari, & ſine diſpendio ad poſteros propagari poſſit, ut huic damno præveniret, omnes eas Conſtitutiones, Interpretationes, & Deciſiones, quæ uſque adhuc à majoribus ore tenus acceptæ fuerant, corraſas undique & ſimul collectas in antiquiſſimum eum Juris Judaici Codicem, quem Miſnam appellavit, ſumma cura digeſſit, qui circà annum 150. poſt Chriſtum natum in publicum editus ab omnibus ſtatim Iſraelitis tanto applauſu receptus & approbatus fuerat, ut deinde pro authentico totius Juris Judaici corpore ubique agnoſcebatur; ſub eoque titulo in omnes Scholas, tam eas quæ in terra Iſraelis, quam quæ in Babylonia ſtudii Legis promovendi gratia erectæ fuerant, recipiebatur. Ab eo tempore quicunque in iis florebant Sapientes & Doctores neglecto

cto Sacræ Scripturæ Textu, in cujus interpretationibus eruendis uſque adhuc laboraverant, totum deinceps in explicando textu Miſnæ ſtudium & laborem poſuere; illæ interpretationes verò cum ſupplementum Miſnæ præberent גמרא Gemara *i. e.* ſupplementum, *ipſique Doctores* Gemarici *appellabantur, viri omnium qui unquam literis operam dedere nugaciſſimi: dum tamen nugas ſuas maximo agebant conatu, eodemque modo quo Scholaſtici noſtri novas continuo ſpeculationes, novaſque difficultates, de quibus diſceptarent, ſummo ſtudio venabantur, hinc vaſti concinnati ſunt Commentarii, quorum ii qui in Scholis terræ Iſraeliticæ ortum habuerant à R. Johanne Synedrii præſide circa annum* 230. *poſt Chriſtum natum ſimul collecti eum librum conſtituere, qui Talmud Hieroſolymitanum appellatur. Idem etiam præſtitum fuit in terra Babylonica; ſed cum in ea plures Scholæ fuiſſent, in iiſque poſt vaſtatam terram Iſraeliticam Legis ſtudia præcipue viguiſſent, longe ibi feraciora fuerant Gemaricorum ingenia; atque ideo omnes eas Diſputationes, Interpretationes, & Dilucidationes, quas illi in explicando textu Miſnæ excogitarunt, ſimul colligere & debita methodo diſponere opus difficilius & multo grandius fuerat; nec ab uno homine, nec una ætate compleri poterat. Primo illud aggreſſus eſt R. Aſe Scholæ Soranæ Re-*

ctor, qui cum in eo totos sexaginta annos laborasset, successoribus suis perficiendum reliquit; qui septuaginta tres alios annos pari studio in eodem opere se exercuere, donec tandem post 133. annos à Rabbi Abina, qui post Rabbi Ase sextus in eodem Scholæ Soranæ Rectoratu successerat, & huic etiam Gemaræ circa annum Christi 500 ultima manus imponebatur; & hoc est alterum Talmud, quod à nomine provinciæ, in qua compilatum fuerat, Babylonicum vocatur, opus sane ingens, & non tantum molis, quin stili etiam cuicunque lectori insuperabilis, in dialecto enim conscriptum est, quæ nec est Chaldaica, nec Hebraica, sed ex utrisque illis & tot aliis tam barbare tam confuse, sine Grammatica, sine Syntaxi conflata, ut in ea merito altera confusio Babylonica fieri videatur; præterea tot nugis, tot fabulis, & deliriis Rabbinicis repletur, ut nisi tam multi anni, & tanta industria in iis excudendis expenderentur, vix credibile eßet, posse homines tam acutissime delirare; de minutissimis enim rebus magnas agunt controversias, & inextricabiles sæpe de lana caprina movent quæstiones, omniaque tantis argutiis pertractant, ut ea plerumque, de quibus disceptant, obscuriora reddunt, & ubi nullas inveniunt difficultates, relinquunt maximas; quibus omnia antiqua jura ita obscurarunt, ut in tanto juris Judaici Thesauro nihil

difficilius

difficilius sit quam quid juris, vel quid sanæ rationis invenire. Nec in altero Talmude quid felicius præstitum deprehendes, iisdem & illud obscuratur tenebris, iisdem nugis & deliriis lectorem vexat, nec in cæteris quid invenies, quo minus fiat eadem nausea dignum, nisi hoc solum, quod, cum in tanta non crescat volumina, non sit tam ingentis molis sterquilinium. Cum igitur his Commentariis tam misere corruptum fuisset jus Judaicum, tantoque stercore jacuisset demersum, atque ideo omnis ad illud aditus melioribus ingeniis (à quibus tam putidis inquinamentis se immergere maxime semper abhorret) prorsus interclusus fuisset, post sexcentos tandem annos tanto literatorum damno subvenit Maimonides, qui postquam Misnam Commentariis revera explicasset, omnesque istius libri usque adhuc obscurissimi illustraßet tenebras, Herculea quadam audacia Talmud deinde utrumque est aggreßus, iisque etiam monstris post duodecim annos, quibus in hac palæstra laboraverat, exsuperatis inde iterum jus Judaicum cum pristino nitore fecit emergere, totumque illud omnibus nugis, fabulis, deliriis, cæterisque vitiis purgatum methodo tam plena & perspicua disposuit, & stilo tam facili & eleganti descripsit, ut si quis omnia ea, quæ in hoc egregio opere præstita sunt, æquo animo perpendat, facile concedet, quod

nec

nec jus civile Romanorum, nec cætera aliarum gentium jura accuratiori Codice possint gloriari, quam quo jura gentis suæ sapientissimus hic donaverat Judæus. Totus liber absolutus fuit quatuor Tomis, & in Ægypto primum in publicum emissus circa annum post Christum natum 1177. *duos titulos præ se gerit; Maimonides ipse eum inscripsit* משנה תורה Legem secundam; *frequentius autem vocatur* יד manus, *& quia vox* חזקה *sæpius cum voce* יד *in Sacra Scriptura conjungitur,* יד החזקה manus fortis; *è Sacra enim Scriptura suorum librorum inscriptiones plerumque desumunt Judæi; vocatur autem* יד manus, *quia hæc vox ex iis literis conficitur, quæ in arte numerandi designant* 14. *numerum sc. librorum, qui in hoc opere inveniuntur; illud enim sapientissimus concinnator in quatuordecim libros distribuit, eosque rursus in octoginta novem Tractatus seu Titulos, quorum singulis præmittit ea præcepta sive affirmativa sive negativa, quæ fundamenta totius juris sunt, quod deinde in eo tractatu explicatur; atque ideo totam legem oralem, simul ac totam legem scriptam comprehendit, & sane utramque tam plene tam perspicue, ut ex omnibus antiquis Ritibus, Consuetudinibus, & Traditionibus, quæ apud Judæos olim in observandâ Lege Mosaicâ in usu fuerant, nihil in hoc egregio opere deesse invenies, quo minus*

totius

*totius doctrinæ Judaicæ, quæ non sit prorsus absurda, Thesaurus omnibus numeris absolutissimus judicetur; atque ideo ut omnibus simul patesceret, in eo reserando desudare viri sane doctissimi operæ prætium existimarunt, quorum laboribus nonnulli illius Tractatus Latine versi, & notis illustrati jamdudum prodiere. Horum ipse insistens vestigiis ex eodem consilio jam duos alios Tractatus ejusdem præstantissimi operis Latinitate pariter & annotationibus donatos curavi edendos; in primo eorum omnia jura, quæ de portione pauperis, in altero omnia ea, quæ de Peregrino seu Proselyto apud Judæos obtinuere, tibi trado explicata; licet enim à Maimonide in diversis operis sui Tomis hi dispositi sint, cum tamen toties * in Lege, ubi de portione pauperis agatur, Peregrinum seu Proselytum cum eo in eodem præcepto conjunctum inveniamus, hic etiam simul conjunxi. Cum autem Proselyti apud Judæos duplicis generis essent, Proselyti justitiæ, & Proselyti domicilii, in diversis locis de iis agit Maimonides; de Proselytis scilicet justitiæ in Tractatu de prohibito congressu, & de Proselytis domicilii in Tractatu de Regibus; de his tria capita, de illis duo in istis disjunctis Tractatibus inveniuntur; ut tamen omnia, quæ de utrisque*

* Vide Levit. c. 19. v. 10. & cap. 23. v. 22. & cap. 25. v. 6. & v. 35. Deut. c. 26. v. 12.

 tradita

tradita sunt, simul habeas collecta, sub uno eodemque Titulo, acsi à Maimonide sic disposita fuissent, simul collocavi. Utrique hi Tractatus seu Tituli cum toto opere jamdudum sæpius prodiere: tam præstantissimi enim libri non desunt plurimæ editiones: quatuor insignioris notæ sunt, omnes Venetiis impressæ, tres nempe in magno folio, & una in parvo folio, quæ cum Commentario, quem vocant כסף משנה i. e. Argentum duplum, *anno Christi* 1574. *in quatuor voluminibus è prelo emissa à plerisque merito præstantissima judicatur, atque ideo eam ubique sequor, omniaque Maimonidæ, quæ jam tibi edo, juxta illius exemplar habes impressa. In versione conficienda, ut ea in studio linguæ Hebrææ Tironibus magis prodesset, præcipuam operam posui, ut verbum verbo, quantum fieri poterat, responderet; & si quid interpolandum requireret nimis concisus textus Hebræi stilus, literis Italicis distinguitur; quo eodem etiam charactere omnes Sacræ Scripturæ Textus, qui in utrisque Tractatibus citantur, insignitos invenies. In notis nihil ulterius præstandum proposui, quam ut omnes difficultates, quæ in legendis his Tractatibus cuicunque lectori possint occurrere, prorsus tollerem; & conatu meo in hac re spero non excidi, quin ita cunctas textus Hebræi reseravi latebras, obscurasque illius tam perspicue illustravi*

tenebras, ut quæ ſub iis uſque adhuc latuere, omnibus deinceps manifeſtiſſime pateſcant ; & hæc ultima eſt laboris mei meta, quam ſi tam feliciter attigerim, ut hinc acutioribus ingeniis ea ſubminiſtrata fuerint, quæ vel in explicanda Sacra Scriptura, vel in pietate & bonis moribus promovendis quid prodeſſe poſſint, & propoſiti mei finem, & operæ præmium ſum aſſecutus.

Errata in textu Hebræo.

PAg. 3. lin. 25. pro הו lege וה pag. 4. lin. 17. lege מתגורה pag. 6. lin. 4. lege לכל pag. 13. lin. 11. lege התבואה pag. 17. lin. 17. lege הנחתי pag. 24. lin. 24. lege קטנה pag. 26. lin. 23. lege ורועה pag. 28. lin. 5. lege נוגים pag. 30 lin. 24. lege הבוצר. כג pag. 41. lin. 8. lege העוללות pag. 49. lin. 26. lege אותן pag. 50. lin. 2. lege באמצע pag. 52. lin. 17. lege וארובות pag. 54. lin. 17. lege עומר pag. 85. lin. 16. lege כדי pag. 89. lin. 26. lege אבל pag. 101. lin. 5. lege והיה pag. 146. lin. 8. lege הוא pag. 149. lin. 13. lege בהמה pag. 164. lin. 5. lege אי pag. 165. lin. 7. lege בדיניהן lin. 12. lege דיניכם.

Errata in Verſione Latina.

PAg. 34. lin. 23. lege *pugnam.* pag. 39. lin. 9. lege *projiciat* pag. 99. lin. 30. lege *ſuſpicio.* pag. 103 lin. 3. dele (39) & interſere ſupra lin. 1, ante vocem *proborum.* pag. 120. lin. 26. lege *ſeparari.* pag. 138. lin. 32. lege *neceſſe eſt.* pag. 145. lin. 29. lege *quocunque.*

Errata in Notis

PAg. 9. lin. 13. pro אליו lege עליו pag. 10. lin. ult. lege הגר pag. 11 lin. 32. lege *vocatur.* pag. 32. lin. 38. lege סדר זרעים pag. 44 lin. 12. lege נטף pag. 45. lin. 15. lege *comedat.* pag. 58. lin. 19. lege *manipuli.* pag. 68. lin. 43. lege *ad illas.* pag. 77. lin. 3. lege *animam* pag. 88. lin. 1. lege *soli Legi.* pag. 107. lin. 28. lege בליעל pag. 121. lin. 3. lege *exciſaque per Chaldaos Hieroſolyma.* pag. 151. lin. 27. lege הנקראת lin. 34. lege בתפלה lin. 36. lege כלומר.

מפתח

לספר הרמבם הלכות מתנות עניים ולפרקיו ועל כל פרק ופרק קריאה לפרטי דיניו:

פרק ראשון

יבאר שמצוה להניח פאה לעניים בסוף השדה או באילן:

ודין אם עבר וקצר כל השדה ואסף כל פירות האילן:

המעמר ושכח אלומה בשדה:

ואם שכח מקצת קמה:

מתנות עניים אלו אם יש בהן טובת הנאה לבעלים:

ודין גר האמור במתנות עניים:

ומאימתי מותרין כל אדם בלקט שכחה ועוללות:

מתנות עניים אלו אם נוהגות בחוצה לארץ:

וכמה שיעור הפאה:

פרק שני

יבאר כל הדברים שחייבין בפאה וכמה שיעור הקרקע שיהיה חייב בפאה:

INDEX

Ad Librum Maimonidis, cui Titulus, *Constitutiones de Donis Pauperum*, & ad omnia capita illius; & recensio particularium Legum ad unumquodque caput.

CAP. I.

Explicatur, quod præceptum sit relinquere Angulum in fine agri, vel in arbore:

Item quomodo se jus habet, si quis transgrediatur, & demetat totum agrum, vel colligat omnes fructus arboris:

Vel si quis in manipulos colligat, & manipuli oblitus sit in agro:

Vel si oblitus sit partis segetis:

Item an ex istis pauperum donis aliquam gratiam retributam habeant ipsi proprietarii:

Item qualis sit peregrinus, de quo dicitur in donis pauperum:

Item quando jus habent omnes homines ad Spicilegium, Rem oblivione relictam, & Racemulos:

Item an hæc pauperum dona debeantur extra terram Israelis:

Item quænam sit quantitas Anguli.

CAP. II.

Explicantur omnes res, quæ obligantur ad Angulum; Item explicatur, quænam sit quantitas soli, quod obligatur ad Angulum:

Item

Vel

פרק רביעי

CAP. IV.

Item

CAP. V.

פרק חמישי

Vel

פרק ששי

CAP. VI.

CAP. VII.

פרק שביעי

Item

Item an redimendi sint captivi pretio, quod sit plus justo:

Item an fuga iis comparanda sit:

Item quomodo se jus habet de redimendo servo captivo, & de Israelita captivo, qui Apostata factus sit, licet quoad unum præceptum:

Item si orphanus & orphana veniant, ut despondeantur, quisnam prius despondendus sit:

Item quod fœmina viro præferenda sit in omni re Eleemosynaria:

Item inter viros quisnam præferendus sit:

CAP. IX.

Explicatur, quod in omni civitate, quam incolunt Israelitæ, constituendus sit collector Eleemosynarum:

Item quod distribuenda sit pecunia pauperibus die jejunii:

Item per quot colligenda est Eleemosyna Cistæ, & per quot distribuenda:

Item an Collectoribus Eleemosynæ licitum sit à se invicem discedere:

Item quomodo se jus habeat, si collector Eleemosynæ inveniat pecuniam in foro:

Item an rationem exigant à Collectoribus Eleemosynarum de Eleemosynis:

Item quod quicunque commoratur in aliqua civitate triginta dies cogendus sit dare Eleemosynas:

אם פודין השבויים ביותר משוין:

ואם מבריחין אותם:

עבד שנשבה וישראל שבוי שהמיר למצוה אחת:

יתום ויתומה שבאו להשיאם מי קודם למי:

האשה שקודמת לאיש לכל דבר:

ובאנשים מי קודם למי:

פרק תשיעי

יבאר שבכל עיר שיש בה ישראל מעמידין גבאי צדקה:

ודין בתענית מחלקים מעות לעניים:

הקופה בכמה נגבית ובכמה מתחלקת:

ודין גבאי צדקה אם רשאין לפרוש זה מזה:

ואם מצא הגבאי מעות בשוק:

אם מחשבין בצדקה עם גבאי צדקה:

מי שישב במדינה שלשים יום כופין אותו ליתן צדקה:

פרק עשירי

CAP. X.

מפתח

INDEX.

לספר הרמבם הלכות גרים

Ad librum Maimonidis, cui titulus

Constitutiones de Proselytis, & ad omnia capita illius, & recensio particularium Legum ad unumquodque caput.

CAP. I.

Explicatur, quod Proselyto opus sit Circumcisione, Baptismo, & sparsione sanguinis sacrificii:

Item ex cujus sententia baptizandus sit Proselytus minorennis:

Item quomodo se jus habet de gravida, quæ Proselyta facta est, & baptizatur:

Item quomodo se jus habet de eo, qui venit, dicitque, quod Proselytus factus esset coram Consistorio talis loci.

Item an circumcidendi, & baptizandi sint servi, qui emuntur à Gentilibus.

Item an necessarium sit, ut servus baptizetur coram Consistorio:

Item an manumisso opus sit Baptismo:

Item quod Solomon & Sampson Proselytas fecissent uxores suas, quas duxerunt.

CAP. II.

Explicatur, quomodo admittendus sit Proselytus justitiæ, & quis sit Proselytus Domicilii, & an ille admittendus sit:

Item an servo, qui emptus fuerat à Gentilibus, dicant, quid vidisti, quod ad nostram religionem venires:

ולפרקיו ועל כל פרק ופרק קריאה לפרטי ריניו:

פרק ראשון

יבאר שהגר צריך מילה וטבילה והרצאת דמים:

קטן גר על דעת מי מטבילין אותו:

ומעוברת שנתניירה וטבלה:

ודין מי שבא ואמר נתגיירתי בבית דין פלוני:

אם מלין ומטבילין העברים הנלקחים מן הכותים:

ואם צריך שיטבול העבד בבית דין:

וכשישתחרו אם צריך טבילה:

ושלמה המלך ושמשון גיירו הנשים שנשאו:

פרק שני

יבאר כיצד מקבלין גרי הצדק ואי זהו הוא גר תושב ואם מקבלין אותו:

עבד שנלקח מן הכותים אם אומרים לו מה ראית שבאתה:

Et

גר שנתגייר כקטן שנולד דמי:

Et quod Proselytus, postquam initiatus sit, habendus est tanquam infans recens natus:

וכיצד דין הגרים בעריות ובשניות:

Et quomodo se habet jus Proselytorum, quoad congressus primamario & secundario prohibitos.

פרק שלישי

CAP. III.

יבאר ישראל וכהן ביפת תאר ואם לא חפץ הישראל בה מה דינה:

Explicatur jus Israelitæ & Sacerdotis ad fæminam pulchram in bello captam; item jus, secundum quod cum ea agendum est, si Israelita non delectetur ea:

ודין יפת תאר שלא רצתה להניח עבודת כוכבים ומזלות אחר שני עשר חדש:

Item quomodo se jus habet quoad fæminam pulchram in bello captam, quæ Idololatriæ nollet renunciare post expectatos duodecim menses:

אי זה נקרא חסיד מחסידי אומות העולם:

Item quinam ille est, qui vocatur pius è piis ex Gentibus mundi:

פרק רביעי

CAP. IV.

יבאר הדברים שנצטוה אדם הראשון וכמה הוסיפו לנח:

Explicantur omnes res, quæ præceptæ erant primo homini, & quænam insuper ad has Noacho præcepta fuerant:

בן נח שייחד שפחה לעבדו או שגזל או שהרג את הנפש:

Item explicatur, quomodo se jus habet quoad Noachidam, qui ancillam matrimonio conjungit servo suo, vel qui furatus est, vel homicidium commisit:

בני נח מצווין על הדינין:

Item quod Noachidæ mandati sunt judicia exercere:

פרק חמישי

CAP. V.

יבאר בן נח ששגג באחד ממצותיו:

Explicatur, quomodo se jus habet quoad Noachidam, qui unum aliquod

Con-

הלכות
מתנות עניים

יש בכללן שלש עשרה מצות שבע מצות עשה ושש מצות לא תעשה וזהו פרטן

א. להניח פאה
ב. שלא יכלה אותה
ג. להניח לקט
ד. שלא ילקט הלקט
ה. לעזוב עוללות הכרם
ו. שלא יעולל הכרם
ז. לעזוב פרט הכרם
ח. שלא ילקט פרט הכרם
ט. להניח שכחה
י. שלא ישוב לקחת השכחה
יא. להפריש מעשר לעניים
יב. ליתן צדקה כמסת יד
יג. שלא יאמץ לבבו על העניים

Conſtitutiones
de Donis Pauperum ;

In quibus comprehenduntur tredecim præcepta, ſeptem (1) ſcilicet affirmativa & ſex negativa, quæ ſpeciatim hæc ſunt.

I. Relinquere angulum. *Levit.* c. 19. v. 10. & c. 23. v. 22.
II. Ne quis penitus demetat eum. *Levit.* c. 19. v. 9. & c. 23. v. 22.
III. Relinquere ſpicilegium. *Levit.* c. 19. v. 10. & c. 23. v. 22.
IV. Ne quis colligat ſpicilegium. *Levit.* 19. v. 9. & c. 23. v. 22.
V. Relinquere racemulos vineæ. *Levit.* c. 19. v. 10. *Deut.* 24. v. 21.
VI. Nequis racemet vineam. *Levit.* 19. v. 10. & *Deut.* 24. 21.
VII. Relinquere uvas deciduas vineæ. *Levit.* 19. v. 10.
VIII. Ne quis colligat uvas deciduas vineæ. *Levit.* c. 19. v. 10.
IX. Relinquere rem ex oblivione neglectam. *Deut.* c. 24. v. 19.
X. Ne quis revertatur ad accipiendam rem ex oblivione neglectam. *Deut.* c. 24. v. 19.
XI. Separare decimas pro pauperibus. *Deut.* c. 14. v. 28.
XII. Dare eleemoſynas pro facultatum abundantia. *Deut.* c. 15. v. 7. 11.
XIII. Ne quis obduret cor ſuum contra pauperes. *Deut.* c. 15. 7.

Atque explicatio horum præceptorum in *sequentibus* hisce capitibus *habetur.*

CAP. I.

QUI metit agrum suum, totum agrum non prorsus demetet, sed relinquet parum segetis in fine agri pro pauperibus, juxta quod dictum est, (2) *Non prorsus demetes angulum agri tui*; *Quod tenet*, sive *segetem* metit, sive radicitus evellit, & illud quod relinquit vocatur Angulus.

II. Et sicut relinquit in agro, sic etiam in arboribus, cum colligat fructus earum, relinquet parum pro pauperibus; si vero transgressus fuerit, & demessuerit totum agrum, vel collegerit omnes fructus arboris, desumet parum ex eo quod demessuit, vel ex eo quod collegit, & dabit pauperibus, quoniam donatio illius est præceptum (3) affirmativum; nam dictum est (4) *pauperi & peregrino ea derelinques.* Et etiamsi moluerit in farinam, eamque depsuerit &. (5) in panes coxerit, ecce ille *nihilominus* dabit ex eo portionem Anguli pauperibus.

III. Si perierit tota messis, quam messuit, vel incendio consumpta fuerit, priusquam dedisset angulum,

וביאור מצות אלו בפרקים אלו

פרק ראשון

הקוצר את שדהו לא יקצור את כל השדה כלה· אלא יניח מעט קמה לעניים בסוף השדה שנאמר לא תכלה פאת שדך בקצרך אחד הקוצר ואחד התולש הרי זה שמניח הוא הנקרא פאה:

ב. וכשם שמניח בשדה כך באילנות כשאוסף את פירותיהן מניח מעט לעניים· עבר וקצר את כל השדה או אסף כל פירות האילן לוקח מעט ממה שקצר או ממה שאסף ונותנו לעניים שנתינתו מצות עשה שנאמר לעני ולגר תעזוב אותם· ואפילו טחן הקמח ולשו ואפאו פת הרי זה נותן ממנו פאה לעניים·

ג. אבד כל הקציר שקצר או נשרף קודם שיתן הפאה

ecce

הרי זה לוקה. שהרי עבר על מצות לא תעשה ואינו יכול לקיים עשה שבה שניתק לו.

ד. וכן בלקט כשקוצר ומאלם לא ילקט השבלים הנופלות בשעת הקציר אלא יניחם לעניים שנאמר ולקט קצירך לא תלקט. עבר ולקטן אפילו טחן ואפה נותן לעניים שנאמר לעני ולגר תעזוב אותם. אבדן או נשרפו אחר שלקטן קודם שיתן לעניים לוקה.

ה. וכן בפרט שנפרט מן הענבים בשעת הבצירה וכן בעוללות שנאמר וכרמך לא תעולל ופרט כרמך לא תלקט לעני ולגר תעזב אותן. וכן המעמר ושכח אלומה אחת בשדה הרי זה לא יקחנה שנאמר ושכחת עומר בשדה לא תשוב לקחתו. עבר ולקטו אפילו טחנו ואפאו הרי הז נותנו לעניים שנאמר לגר ליתום ולאלמנה יהיה זו מצות עשה. הא

ecce ille (6) vapulabit, quandoquidem transgressus est præceptum negativum, nec *jam* possit observare *preceptum* affirmativum in eo *contentum*, (7) in quod transfertur.

IV. Sic etiam quoad spicilegium, cum metat aliquis, vel in manipulos colligat, non colliget spicas, quæ tempore messis deciderant; sed derelinquet eas pauperibus, juxta quod dictum est (8) *Spicilegium messis tuæ non colliges.* Si vero transgressus fuerit & collegerit eas, etiamsi moluerit & coxerit, dabit tamen pauperibus, juxta quod dictum est; (9) *Pauperi & peregrino ea derelinques.* Si postquam collegerit, perierint, vel incendio consumptæ fuerint, priusquam dedisset pauperibus, (10) vapulabit.

V. Et sic etiam de uvis deciduis, quæ tempore vindemiæ defractæ fuerint, & sic de Racemulis *se lex habet*, sicut dictum est; (11) *Vineam tuam non racemabis, nec uvas deciduas vineæ tuæ colliges, sed pauperi & peregrino ea derelinques:* & sic etiam, qui in manipulos colligit, & oblitus est unius manipuli in agro, ecce non accipiet eum, juxta quod dictum est, (12) *Si oblitus fueris manipuli unius in agro tuo ad illum accipiendum non reverteris.* Si transgressus fuerit & acceperit illum, etiamsi moluerit & coxerit, ecce ille *nihilominus* dabit pauperibus, nam dictum est, (13) *Erit pro peregrino, Orphano, & Viduæ:* (14) hoc autem est præceptum affir-

-mativum; ecce enim tibi indicatum eſt, quod omnia hæc præcepta (15) *ſupra memorata* ſint negativa, quæ tranſeunt in affirmativa, & ſi *quis* non obſervet *præcepta* affirmativa, quæ in iis *negativis comprehenduntur*, vapulabit.

VI. Et ſicut lex de Re oblivione relicta *locum habet* in manipulis, ſic etiam *locum habet* in ſegete, & ſi *quis* oblitus ſit partis *alicujus* ſegetis, & non meſſuerit illam, ecce ea eſt pro pauperibus. Et ſicut lex de Re oblivione relicta *locum habet* in frugibus & his ſimilibus, ſic etiam *locum habet* in arboribus omnibus, juxta quod dictum eſt, (16) *Cum excuſſeris olivam tuam, non ſcrutaberis ramos poſt te.* Et hoc jus eſt in cæteris arboribus.

VII. Manifeſto hinc tibi indicatum eſt, quod in vinea quatuor ſint dona pro pauperibus; Uvæ deciduæ, Racemuli, Angulus, & Res oblivione relicta: è frugibus tria dona, Spicilegium, Res oblivione relicta, & Angulus: & in arboribus duo *dona*; Res oblivione relicta, & Angulus.

VIII. Ex omnibus iſtis pauperum donis (17) nullam omnino gratiam uti ex beneficio dato recipiunt ipſi proprietarii; ſed pauperes veniant & accipiant ea, ipſis licet invitis proprietariis; immo etiamſi (18) *proprietarius* pauperrimus ſit in *toto* Iſraele, auferant tamen ea ex manibus illius.

למדת שכלן מצות לא תעשה הניתק לעשה הן ואם לא קיים עשה שבהן לוקה:

ו. כשם שהשכחה בעמרים כך היא בקמה: אם שכח מקצת הקמה ולא קצרה הרי זו לעניים. וכשם שהשכחה בתבואה וכיוצא בה כך יש שכחה לאילנות כולן שנאמר כי תחבוט זיתך לא תפאר אחריך. והוא הדין לשאר האילנות:

ז. נמצאת למד שארבע מתנות לעניים בכרם הפרט והעוללות והפאה והשכחה. ושלש מתנות בתבואה הלקט והשכחה והפאה. ושתים באילנות השכחה והפאה:

ח. כל מתנות עניים אלו אין בהן טובת הנייה לבעלים. אלא העניים באין ונוטלין אותן על כרחן של בעלים ואפילו עני שבישראל מוציאין אותן מידו:

IX. O-

ט׳ כל גר האמור במתנות עניים אינו אלא גר צדק שהרי הוא אומר במעשר עני ובא הלוי והגר מה הלוי בן ברית אף הגר בן ברית ואף על פי כן אין מונעין עניי כותים ממתנות אלו אלא באין בכלל עניי ישראל ונוטלין אותן מפני דרכי שלום:

י׳ נאמר במתנות עניים לעני ולגר תעזוב אותם כל זמן שהעניים תובעין אותן. פסקו העניים לבקש ולחזור עליהם הרי הנשאר מהן מותר לכל אדם שאין גופו קדוש כתרומות. ואינו חייב ליתן להן דמיהן שלא נאמר כהן יתן לעניים אלא תעזוב אותם ואינו מצווה לעזוב אותן לחיה ולעופות אלא לעניים והרי אין עניים:

יא׳ מאימתי מותרין כל אדם בלקט משיכנסו המלקטים שניים וילקטו אחר מלקטים הראשונים ויצאו. מאימתי מותרין כל

IX. Omnis peregrinus de quo dicitur in donis pauperum, non alius *intelligendus* est, quam Proselytus justitiæ; nam ecce dicitur de decimis secundis, (19) *Veniet Levita & peregrinus*: prout vero Levita est sub fœdere, sic etiam (20) Peregrinus *de quo ibi dicitur*, est sub fœdere; nihilominus non arcent pauperes (21) Gentiles à donis istis, sed pacis gratia veniant promiscue cum pauperibus Israelis, & accipiant ea.

X. Dicitur de donis pauperum, (22) *Pauperi & peregrino ea derelinques*, i. e. quamdiu ea pauperes quærent; si vero pauperes desinant quærere, vel ad sua *dona invenienda ulterius* circuire, ecce ad illud, quod relinquitur jus est unicuique homini, quia non est res sacrata sicut (23) Truma, nec obligatur *proprietarius* dare pretium eorum pauperibus, quia non dictum est *det iis, ut* daret pauperibus, sed ut relinqueret ea; non autem mandatum est derelinquere bestiis & avibus, sed pauperibus; quia ecce non *adsunt* pauperes.

XI. Quando jus habent omnes homines ad spicilegium? *Resp.* postquam ingressi sunt collectores secundi, & collegerunt post collectores primos, & abierunt. Quando jus habent omnes homines ad uvas deciduas, & racemulos? *Resp.*

Postquam intrarunt pauperes in vineam & decesserunt, ad quodcunque deinde reliquum est, jus est unicuique homini. Quando jus habent omnes homines ad rem oblivione relictam in olivis? *Resp.* In terra Israelis si quis illius oblitus sit in vertice olivæ, ecce ad illud jus est unicuique homini ab initio mensis (24) Chesleu, quod tempus est (25) pluviæ secundæ in anno serotino; sed ad acervos olearum, quos sub arbore ex oblivione reliquit, ecce jus est unicuique postquam pauperes ad eos inquirendos desierint circuire.

אדם: בפרט ובעוללות משלכו העניים בכרם ויבואו הנשאר אחרי כן מותר לכל אדם. מאימתי מותרין כל אדם בשכחה של זתים בארץ ישראל אם שכח אותה בראש הזית הרי זה מותר בה בראש חדש כסליו שהוא זמן רביעה שנייה בשנה אפילה: אבל ציבורי זתים ששכחן תחת האילן הרי זה מותר בהן משיפסקו העניים מלחזור אחריה:

XII. Quamdiu pauperi jus est tollere, quod oblivione relictum de olivis in terra sub arboribus jacet, tollat; immo etiamsi jus sit unicuique ad illud quod oblivione relictum est in vertice arboris. Quamdiu etiam jus est ei accipere illud quod oblivione relinquitur in vertice arboris, accipiat, immo etiamsi jam non amplius sit aliquid oblivione relictum sub eâ.

יב: כל זמן שיש לעני ליטול שכחת הזתים המונחות בארץ תחת האילנות נוטל ואף על פי שכבר מותר כל אדם בשכחה שבראש האילן. וכל זמן שיש לו ליטול שכחה שבראש האילן נוטל ואף על פי שעדין אין לו שכחה תחתיו:

XIII. Dona pauperum quæ sunt in agro, ubi non sunt pauperes, qui curant ea, pertinent ad proprietarium agri; immo etiamsi nondum desinant pauperes circuire ad quærenda dona sua.

יג. מתנות עניים שבשדה שאין העניים מקפידים עליהן הרי הן של בעל השדה ואף על פי שעדיין לא פסקו העניים מלחזור על מתנותיהם:

יד. כל מתנות העניים האלו אינן נוהגות מן התורה אלא בארץ ישראל כתרומות ומעשרות. הרי הכתוב אומר ובקוצרכם את קציר ארצכם וכי תקצור קצירך בשדך. וכבר נתפרש בגמרא שהפאה נוהגת בחוצה לארץ מדבריהם ויראה לי שהוא הדין לשאר מתנות עניים אלו שכולן נוהגות בחוצה לארץ מדבריהם:

XIV. Omnia hæc pauperum dona, ficut Truma & Decimæ, non debentur ex lege nifi in terra Ifraelis; ecce enim fcriptura dicit (26) *Cum meffueritis meffem terræ veftræ*, & iterum (27) *Cum meffueris meffem tuam in agro tuo*; jam vero in (28) Talmude declaratur, quod etiam extra terram Ifraelis debetur angulus ex ftatutis fapientum; fed videtur mihi quod idem etiam jus fit in cæteris donis pauperum, ita ut omnia ea debentur extra terram Ifraelis ex ftatutis fapientum.

טו. כמה הוא שיעור הפאה. מן התורה אין לה שיעור אפילו הניח שבולת אחת יצא ידי חובתו. אבל מדבריהם אין פחות מאחד מששים בין בארץ בין בחוצה לארץ. ומוסיף על האחד מששים לפי גודל השדה ולפי רוב העניים ולפי ברכת הזרע. כיצד שדה שהיא קטנה ביותר שאם הניח ממנה אחד מששים אינו מועיל לעני הרי זה מוסיף על השיעור. וכן אם היו העניים מרובין [illegible]

XV. Quænam eft menfura anguli? *Refp.* Ex lege nulla eft illius menfura *determinata*, quin fi quis unam tantum fpicam reliquerit, ab obligatione *legis* liberatur: fed ex ftatutis fapientum angulus non debet effe minor, quam una fexagefima pars, five fit in terra Ifraelis, five extra; addet infuper *Proprietarius* ad *illam* unam fexagefimam partem propter magnitudinem agri, vel multitudinem pauperum, vel benedictionem feminis. Exempli gratia, fi ager fit valde parvus & *proprietarius* relinquat ex eo unam tantum fexagefimam partem, illa pauperi non proderit, ecce ideo addet ille ad menfuram; & fic etiam fi pauperes multi fint, addet etiam ad menfuram: Et fi feminaffet parum &

& collegerit multum, ecce quoniam benedictionem accepit, addet etiam ad mensuram propter benedictionem; & quicunque addit ad mensuram anguli, addetur ei præmium; hujus autem additamenti nulla est mensura.

מוסיף. ואם זרע מעט ואסף הרבה שהרי נתברך מוסיף לפי הברכה. וכל המוסיף על הפיאה מוסיפין לו שכר ואין לתוספת זאת שיעור:

Notæ ad Cap. I.

Judæi totam Legem Mosaicam distribuunt in DCXIII. præcepta, quorum CCCLXV. quæ prohibent aliquid *faciendum* vocant מצות לאתעשה i. e. *præcepta* quæ dicunt *ne facias*: & CCXLVIII. quæ jubent aliquid faciendum מצות עשה i. e. *præcepta* quæ dicunt *fac*: apud Christianos scriptores hæc plerumque præcepta affirmativa, illa negativa appellantur.

2. Levit. c. 19. v. 9.

3. Quando de eadem re est præceptum negativum & affirmativum, si quis transgressus sit præceptum negativum, incipit obligari præcepto affirmativo, eoque tenetur quamdiu in illius potestate sit ei obedientiam præstare; ita ut violatæ legis reatum non incurrat, nisi utrisque præceptis violatis; quoniam observato præcepto affirmativo potest toti legi satisfacere, idemque præstare quod prius neglexerat non observato negativo. Si quis igitur transgressus sit præceptum negativum, *Non prorsus demetes angulum agri tui*, totumque agrum demessuerit, vel omnes fructus arboris collegerit, incipit obligari hoc præcepto affirmativo, *Pauperi & peregrino ea derelinques*, quo tenetur è frugibus demessis, vel fructibus arborum collectis partem aliquam separare pro angulo, & dare pauperibus, quamdiu in illius potestate sit hoc præstare, nec prius violatæ legis reus fit, quam omnibus frugibus, quas demessuit, vel omnibus fructibus arboris, quos collegerat, consumptis, nihil amplius ex iis relictum habeat, quod pro angulo pauperibus largiatur.

4. Levit. c. 19. v. 10. & c. 23. v. 22.

5. פת est quodcunque frustum, per synecdochen autem frustum panis, quod indicat Maimonides in Berachoth cap. 3. Sect. 1. ubi de quinque speciebus Tritici & Hordei agens sic dicit וחמשה מינין האלו כשהן שבולים נקראין תבואה בכל מקום ואחר שדשין וזורין אותן נקראין דגן וכשטוחנין אותן ולשין אות קמחן ואופין אותן נקראין פת

i. e.

i. e. *has quinque species, dum adhuc spicæ sunt, ubique vocant* תבואה i. e. fruges, *postquam vero trituraverint & ventilaverint, vocant* דגן i. e. frumentum, *& postquam moluerint eas, farinamque depsuerint & coxerint, vocant* פת i. e. panem.

6. Quoniam neglecto præcepto negativo, amissâque omni potentiâ observandi præceptum affirmativum in eo negativo contentum, iam legem violavit, indeque reatum contraxit, qui verberibus est expiandus. Quicunque enim negligebat præceptum negativum, & etiam affirmativum in eo contentum, semper apud Judæos verberibus aut graviori supplicio peccatum luebat. Sed Maimonidem optime explicat ipse Maimonides, qui in Com. ad Tractatum Misnæ Maccoth cap. 3. Sect. 1. recensens ea crimina, quæ verberibus punienda erant, & quæ non, sic dicit.

והחלק הרביעי לאו שנתק לעשה אין לוקין אליו אלא אם לא קיים העשה שבו כגון מה שאמרה תורה לא תקח האם על הבנים הוא לאו. ואם עבר ולקח כאחד אמר שלח תשלח את האם וזה מצות עשה, וכשישלח האם אינו חייב מלקות. ולפיכך אינו חייב מלקות על לקיחתם כאחד לפי שיוכל לשלח האם ויקיים העשה. ואם הוא תפס אותם עד שמתה האם או ששחטה וולתו ולא יכול לקיים המצות עשה אותה שעה הוא חייב מלקות. כל שכן אם המית הוא את האם או ששחטה שבטל העשה שבה שהוא חייב בלא ספק לדעת הכל וכמו כן אמרה לא תכלה פאת שדך וכרמך לא תעולל ופרט כרמך לא תלקט ואם עבר ועשה אמר לעני ולגר תעזוב אותם. כלומר יעזוב אותם אחר שלקחם: וכן ושכחת עומר בשדה לא תשוב לקחתו לגר ליתום ולאלמנה יהיה. וכן לא תבא אל ביתו לעבוט עבוטו השב תשיב לו את העבוט כבא השמש הדין בכל אלה כדין שלוח הקן:

i. e.

Quarto ob violationem præcepti negativi, quod transit in affirmativum, nemo vapulabit, nisi non observaverit præceptum affirmativum in eo contentum; exempli gratia, cum lex dicat *Non capies matrem cum pullis*, [Deut. 22. 6.] hoc est præceptum negativum, & si quis transgressus sit, & capiat simul matrem cum pullis, dicit lex *demittendo demittes matrem*, [ib] & hoc est præceptum affirmativum, cumque matrem demiserit non est reus verberum; quapropter non est reus verberum, quod caperet eos simul, quoniam potest demittere matrem, & observare præceptum affirmativum, sed si ille in manu teneret donec moriatur mater, vel alius aliquis eam occidat, ita ut non possit observare præceptum affirmativum, eo ipso tempore fit reus verberum, multo magis si

ipse occidisset matrem vel mactasset eam, quoniam violaret præceptum affirmativum in eo negativo contentum, & sine dubio ex omnium sententiis esset reus. Item (dicit Lex *Non penitus demetes angulum agri tui, & vineam tuam non racemabis, & uvas deciduas vineæ tuæ non colliges* Levit, 19. v. 9. & si quis transgressus sit, & fecerit quod prohibitum est, dicit Lex *Pauperi & peregrino derelinques ea*, Levit. 19. v. 10. ac si diceret, ut relinqueret ea, cum accepisset, & sic dicitur in lege, *si oblitus sis manipuli in agro, non reverteris ad accipiendum eum, erit pro peregrino, Orphano, & Vidua*, Deut. 24. v. 19. item dicitur, *Non ingredieris in alicujus domum, ut accipias pignus illius, reddendo reddes ei pignus, cum sol occidat*, de quibus omnibus idem jus est ac de matre è nido demittenda.

7. Cum de eadem re sit præceptum negativum & affirmativum, tunc negativum dicitur præceptum esse, שניתק i. e. quod *transit, transfertur*, vel *convertitur* in affirmativum, quia scilicet post violatum præceptum negativum, affirmativum in ejus locum succedens obligat ad eandem rem.

8. Levit. c. 19. v. 9. & c. 23. v. 22.

9. Levit. c. 19. v. 10. & c. 23. v. 22.

10. Quia scilicet violavit præceptum negativum, & etiam affirmativum in eo contentum.

11. Levit. c. 19. v. 10. Deut. c. 24. v. 21.

12. Deut. c. 24. v. 19.

13. Deut. c. 24. v. 19.

14. Affirmativum scilicet; quod succedit in locum negativi, *Non reverteris ad accipiendum manipulum oblivione relictum*; atque ideo violato præcepto negativo, tenetur nihilominus affirmativo ad eandem rem.

15. Nempe hæc 1. *Non prorsus demetes angulum agri tui*. 2. *Spicilegium messis tuæ non colliges*. 3. *Vineam tuam non racemabis*. 4 *Uvas deciduas vineæ tuæ non colliges*. 5 *Si oblitus sis manipuli in agro tuo, ad illum accipiendum non reverteris*, quæ omnia transeunt in affirmativa. 1. *Ut relinquatur angulus pro pauperibus*. 2. *Ut relinquatur spicilegium* &c & si quis violatis negativis etiam negligat observare hæc affirmativa, donec non amplius sit in illius potestate hoc præstare, vapulabit, quoniam transgressus est præceptum negativum, & etiam affirmativum in eo contentum; quod peccatum Judæi semper verberibus puniebant, uti supra est explicatum.

16. Deut. c. 24. v. 20.

17. Scilicet nec gratiarum actionem, nec aliquod aliud retributionis munus, quoniam pauperum dona non omnino sunt in potestate ipsius proprietarii, ita ut possit ea vel ab aliquo detinere, vel alicui præ aliis dare, atque ideo illis nullius gratiam potest mereri. Vide Rashi in Comm. ad tract. Talm. Bab. Cholin fol. 131. col. 2.

18. Quia pauper non potest sibi sumere pauperum dona, quæ è proprio agro, vel propria vinea separantur, quin tenetur sicut cæteri omnes Israelitæ ea aliis relinquere.

19. Deut. c. 14. v. 29.

20. In hunc sensum LXX. vocem נכרי in eo textu interpretantur

[illegible], & Interpres Syrus [illegible] i. e. *is qui ad me convertetur*.

21. Vox כותים *Cuthim* quam hic Gentiles verto, proprie Samaritanos significat, quos Judæi semper hoc nomine vocant exprobrantes iis originem à Cuthæis, quos Assyriæ Rex post deportatas decem Israelitarum tribus Samariam in eorum sedes transtulit, 2 Reg. 17. 24. dum interim ipsi Samaritani se etiam Jacobi posteros esse gloriantur, Johan. Evang. c. 4. v. 12. In hoc autem loco vox כותים Gentiles denotat, non quod hæc vera nominis significatio sit, sed quod Judæi, qui editionis, qua usus fui, curatores fuerunt, cum Venetiis, ubi liber impressus fuerat ob metum Inquisitionis vocem גוים *Gentiles* (quam in Judæorum scriptis Christianos semper indigitare Christiani merito suspicantur,) in hoc aliisque locis, ubi ab eo nomine aliquid derogatum sit, ponere non auderent, eâ deletâ in ejus loco vocem כותים inseruere; in aliis autem editionibus, quæ prodierunt priusquam Inquisitores de hac re tam soliciti fuissent, & in manuscriptis plerisque semper legitur גוים in iis omnibus locis, in quibus hanc editionem vocem כותים habere invenimus.

22. Levit. c. 19. v. 10. & c. 23. v. 22.

23. Quam si quis sciens & volens sibi sumeret, qui à sacerdotio alienus erat, & comederet, inquit Maimonides בין שהיה טמא בין שהיה טהור בין שאכל תרומה טהורה בין שאכל טמאה חייב מיתה בידי שמים i. e. *sive esset immundus sive mundus, sive comedisset Trumam mundam sive immundam, reus sit mortis per manus cœli infligendæ*, Maim in Tract. Trumoth. cap. 6. Sect. 6. Truma autem erat oblatio ex omnibus terræ fructibus sacerdotibus data, uti mandatum est Deut. 18 4. Illius in lege nulla est determinata quantitas, sed sapientes mensuram posuerunt inter quadragesimam & sexagesimam partem, dicuntque Judæi; Qui est liberalis dat unam partem è quadraginta; qui est mediocris unam è quinquaginta; & qui est avarus unam tantum è sexaginta; minus autem quam sexagesima pars ex eorum statutis pro Truma nunquam erat offerendum.

24. Cesleu in Calendario Judaico est tertius mensis Autumni: Primus Tisri, secundus Marcheshvan vocantur; cum autem Judæi anno lunari utantur, illiusque ideo menses à novilunio semper incipiant, eorum initia ad nullum certum diem in nostro Calendario possunt referri.

25. In terra sancta duæ erant pluviæ anniversariæ, quarum frequens mentio est in sacra Scriptura viz. Deut. c. 11. v. 14. Job c. 29. v. 23. Prov. c. 16. v. 15. Jer. 3. v. 3. & c. 5. v. 24. Hos. 6. v. 3. Joel. 2. v. 23. & Zach. 10. v. 1. Prima descendebat tempore Autumni post jactam sementem, quâ terra irrigata fertilis & ad producendas fruges ex receptis seminibus apta reddebatur; secunda descendebat tempore verno, quâ fruges jam productæ ad optatam maturitatem promovebantur, spicæque plenæ, perfectæ, & maturæ ad messem reddebantur, quæ semper circa medium veris in iis regionibus accidebat; & si alterutra ex his unquam desiderata esset, tota simul anni fertilitas deficiebat. Posterior in Textu sacro מלקוש, ab interpretibus *Pluvia serotina* vocatur. Prior vero in textu sacro est יורה

 &

& ab interpretibus *Pluvia tempestiva* vel *temporanea* redditur, eademque est quam Maimonides hic per vocem רביעה denotat; quæ sic dicitur à רבע *coire, inire*; quia, uti inquit Bartenora, in Com. ad Peah cap. 8. Sect. 1. *hæc pluvia terram init, eamque pregnantem & fertilem reddit, sicut fæmina à viro pregnans fit*, ea dividitur à Judæis in primam, secundam, & tertiam; de quibus apud Talmudicos magna est confusio, sed quod ad præsens negotium spectat sensum Maimonidis de pluvia secunda in anno serotino optime explicat ipse Maimonides in Comm. ad Misn. tract Peah cap. 8. Sect. 1. ubi sic dicit וזמן רביעה שנייה בארץ הצבי בשנה המבכרת הוא בשבעה עשר במרחשון ובשנה הבינונית בעשרים ושלשה במרחשון ובשנה המאחרת בראש חרש כסליו i. e. *tempus pluviæ secundæ in terra sancta in anno præmaturo incidit in decimum septimum diem mensis Marchesvani, in anno mediano in vicesimum tertium Marchesvani, & in anno serotino in initium mensis Cesleu.*

26. Levit. c. 19. v. 9. & c. 23. v. 22.
27. Deut. c. 24. v. 19.
28. Vide Tractatum Cholin fol. 137. col. 2.

Ad lin. ult. i. e. nulla est determinata mensura illius, quod quis tenetur vel ob magnitudinem agri, vel ob multitudinem pauperum, vel ob benedictionem seminis uni sexagesimæ parti superaddere, sed hoc uniuscujusque benevolentiæ & charitati relictum fuerat.

C A P.

פרק שני

א. כל אוכל. שגידוליו מן הארץ ונשמר ולקיטתו כולו כאחת ומכניסין אותו לקיום חייב בפיאה שנאמר ובקוצרכם את קציר ארצכם:

ב. כל הדומה לקציר בחמש דרכים אלו הוא שחייב בפיאה. כגון התבואה והקטניות החרובין והאגוזין והשקדים והרמונים והענבים והזתים והתמרים בין יבשים בין רכים וכל כיוצא באלו. אבל אסטס ופואה וכיוצא בהן פטורין מפני שאינן אוכל. וכן כמהין ופטריות פטורין מפני שאין גידוליהן מן הארץ כשאר פירות הארץ. וכן ההפקר פטור שאין לו מי שישמרנו שהרי הוא מופקר לכל וכן התאנים פטורין מפני שאין לקיטתן כאחת אלא יש באילן זה מה שיגמר היום ויש בו מה שיגמר לאחר כמה ימים. וכן ירק פטור שאין מכניסין

CAP. II.

I. Quodcunque est cibus, si nutritio illius sit è terrâ, & si custodiatur, totumque simul colligatur,& intro portetur ad conservationem, obligatur ad angulum *pauperibus relinquendum*, juxta quod dictum est, (1) *cum messueritis messem terræ vestræ. &c.*

II. Quodcunque simile est messi in his quinque (2) conditionibus, illud etiam obligatur ad angulum, qualia sunt Fruges, Legumina, Siliquæ, Nuces, Amygdala, Malogranata, Uvæ, Oleæ, & Dactyli, sive (3) *ea* sint *jam* exsiccata sive recentia, & omnia his similia. Sed Crocus & Rubia & his similia libera sunt, quia non sunt cibus; & sic etiam fungi & boleti liberi sunt, quia eorum (4) nutritio non est è terra, sicut cæterorum fructuum terræ; & sic etiam quod est *omnibus* commune (5) liberum est, quia nemo est qui custodit illud, quin ecce omnibus publicatur; & sic etiam ficus liberi sunt, quia non colliguntur omnes simul, sed in eadem arbore unus est, qui maturescit hodie, & alius qui non maturescit, nisi post aliquot dies; sic etiam olera libera

sunt

sunt, quia non intro portantur ad conservationem. Allia autem & cepæ obligantur ad angulum, quia arefiunt & intro portantur ad conservationem, & sic etiam (6) seminalia ceparum, quia relinquunt ea in solo, ut accipiant ab iis semen, obligantur ad angulum, itemque omnia his similia.

אותו לקיום׳ השומים והבצלים חייבין בפאה שהרי מייבשין אותן ומכניסין אותן לקיום וכן האמהות של בצלים שמניחין אותן בארץ ליקח מהן הזרע חייבות בפאה וכן כל כיוצא בהן :

III. Omne solum obligatur ad angulum, immo etiamsi inter participes commune sit, nam dictum est, (7) *cum messueritis messem terræ vestræ* i. e. etiamsi pertinet ad plures.

ג. קרקע כל שהוא חייבת בפאה ואפילו היתה של שותפין שנאמר קציר ארצכם אפילו של רבים :

IV. Si sit ager, quem messuerunt Gentiles pro seipsis, vel quem messuerunt Latrones, vel quem formicæ absumpserunt, vel venti aut bestiæ contriverunt, ecce liber est à Lege anguli, quia obligatio ad angulum est in segete.

ד. שדה שקצרוה כותים לעצמן או שקצרוה ליסטים או קרסמוה נמלים או שברתה הרוח או בהמה הרי זו פטורה מן הפאה, שחובת הפאה בקמה :

V. Si quis messuerit dimidium agri sui, & Latrones messuerint *alterum* dimidium illius quod relictum fuerat, ecce iste *Ager* liber est, quoniam obligatio erat (8) in eo dimidio, quod messuerunt Latrones; sed si Latrones messuerint *primum* dimidium, & tunc ille veniat & metat alterum dimidium, dabit angulum pro *ea agri* portione, quam messuit; si metat dimidium, & tunc vendat *alterum* dimidium

ה. קצר חציה וקצרו הליסטים חציה שנשאר הרי זו פטורה. שהחיוב בחצי שקצרו הליסטים, אבל אם קצרו הליסטים חציה וחזר הוא וקצר השאר נותן פיאה כשיעור מה שקצר. קצר חציה ומכר חציה הלוקח נותן פאה.

קצר חציה והקדיש חציה הפורה מיד הנזכר נותן פאה לכל: קצר חציה והקדישו מניח מן הנשאר פאה הראויה לכל:

ו. כרם שהיה בוצר ממנו ענבים למכור בשוק וברעתו שינית דשאר לגת לדרוך אותו: אם היה בוצר לשוק מיכן ומיכן הרי זה נותן פאה למה שבוצר לגת כפי הנשאר. ואם היה בוצר לשוק מרוח אחת בלבד הרי זה נותן פאה מן הנשאר כפי הראוי לכל הכרם הואיל ובצר מרוח אחת אינו כבוצר עראי מעט מיכן ומעט מיכן שהוא פטור וכן כל הקוטף מלילות מעט מעט ומכנים לביתו אפילו קטף כן כל שרהו פטור מן הלקט ומן השכחה ומן הפאה:

ז. הקוצר כל שדהו קודם שתיגמר ועדין לא הביאה שליש הרי זו פטור. ואם הגיעה לשליש חייבת. וכן

midium (8) qui emit dabit angulum *pro toto agro*; si metat dimidium & consecret *alterum* dimidium, qui redimit illud à (9) Thesaurario Templi dabit angulum pro toto agro; si metat primum dimidium & consecret illud, relinquet è residuo angulum, qui sufficiat pro toto agro.

VII. Qui decerpit uvas è vineâ suâ, ut in foro vendat, propositumque habet residuum relinquere pro torculari, ut in eo *scilicet* conculcetur, si decerpserit pro foro sparsim hic & illic, ecce ille dabit angulum ex eo quod vindemiat pro torculari juxta quantitatem *tantum* illius quod relictum fuit *pro torculari*; sed si decerpserit pro foro ex una parte sola, ecce ille dabit angulum è residuo, qui sufficiat pro tota vineâ; quandoquidem qui vindemiat ex unâ aliquâ parte non est sicut ille, qui fortuito decerpit parum ex hac parte & parum ex illa parte, quod à lege anguli liberum est, & sic etiam quicunque carptim spicas decerpit, & deportet in domum suam, etiamsi eo modo totum decerpat agrum suum, liber est à lege spicilegii, & rei oblivione relictæ, & anguli.

VI. Si quis metat totum agrum suum priusquam maturescat, nec tum ad tertiam maturitatis partem pervenerat, ecce ille *ager* liber est; sed si pervenisset ad tertiam maturitatis partem obligatur; & sic in fructibus arborum, si maturescant

turefcant ufque ad tertiam maturitatis partem obligantur.

VIII. Si quis confecret agrum fuum, dum adhuc feges eft, atque iterum redimat, dum adhuc feges fit, ifte *ager* obligatur ad angulum; fed fi illum Thefaurarius Templi meffuerit, illeque poftea redemerit eum, liber eft, quoniam eo tempore, quo ad angulum erat obligatio, res facra fuit, quæ ad angulum non obligatur.

IX. Si Extraneus metat agrum fuum & poftea factus fit (10) profelytus, ecce ille *ager* liber eft à lege anguli, & fpicilegii, & rei oblivione relictæ, etiamfi lex de re oblivione relicta *locum non habeat*, nifi eo tempore, quo fiunt manipuli.

X. Non conducent operarios Gentiles ad metendum, quia illi minime exercitati funt in iis, quæ pertinent ad fpicilegium, & angulum; & fi quis conduxerit eos, illique totum demeffuerint agrum, ecce *ille ager nihilominus* obligatur ad angulum.

XI. Si proprietarius demetat totum agrum fuum, & non relinquat angulum, ecce ille è fpicis dabit portionem anguli pauperibus, & non opus eft, ut *prius* decimet, quin licet det iis maximam meffis partem fub nomine anguli, ecce ea libera eft à decimis; quinetiam fi trituraffet, fed nondum ventilaffet, det iis angulum, priufquam decimat; fed

בפירות האילן אם נגמרו שליש נמירתן חייבין:

ח. המקדיש שדהו והיא קמה ופראה והיא קמה חייבת בפאה: קצרה הגזבר ואחר כך פראה פטורה. שבשעת חיוב הפאה היתה קדש שאינו חייב בפאה:

ט. נכרי שקצר שדהו ואחר כך נתגייר הרי זו פטור מן הפאה ומן הלקט ומן השכחה אף על פי שאין השכחה אלא בשעת העימור:

י. אין שוכרין פועלים כותים לקצור מפני שאינן בקיאין בלקט ופאה. ואם שכר וקצרו את כולה הרי זו חייבת בפאה:

יא. בעל הבית שקצר כל שדהו ולא הניח פאה· הרי זה נותן מן השבלים פאה לעניים· ואינו צריך לעשר· ואם נתן להם רוב הקציר משום פאה הרי זה פטור מן המעשרות: וכן אם דש וערין לא זרע נותן

fi

להם הפאה קודם שיעשה אבל דש וזורה ברחת ובמזורה וגמר מלאכתו מעשר ונותן להם מן הפירות המעושרין שיעור הפאה הראויין לאותה שדה וכן באילנות:

יב. אין מניחין את הפאה אלא בסוף השדה כדי שיהיו עניים יודעים מקום שיבא לו וכדי שתהיה ניכרת לעוברים ולשבים ולא יחשד ומפני הרמאים שלא יתכוין לקצור הכל ואומר לאלו שרואים אותו קוצר סוף השדה בתחלת השדה הנחתי ועוד שלא ישמור שעה שאין שם אדם ויניחנה ויתננה לעני הקרוב לו. עבר והניח הפאה בתחלת השדה או באמצעה הרי זו פאה. וצריך שיניח בסוף השדה כשיעור הפאה הראויה למה שנשאר בשדה אחר שהפריש את הראשונה:

יג. בעל הבית שנתן פאה לעניים ואמרו לו תן לנו מצד זה ונתן להם מצד אחר זו וזו פאה. וכן בעל השדה שהפריש

si triturasset & ventilasset pala & ventilabro, totumque absolvisset (11) opus circa illam, *prius* decimabit, & dabit pauperibus è fructibus decimatis portionem anguli, quæ sufficiat pro eo agro, *quem meßuit* & sic *faciendum est* in arboribus.

XII. Non relinquetur angulus nisi in fine agri, ut cognoscant pauperes locum, qui cedit iis, & ut notus sit transeuntibus & redeuntibus, paupereſque in suspicionem *furti* non incidant; & etiam propter fraudulentos, ne quis ex proposito pergat demetere totum agrum, & dicat iis qui vident eum metentem finem agri, ego in initio agri reliqui; & insuper ne observet tempus, quo nemo ibi sit, & relinquat angulum, eumque det pauperi sibi cognato. Si transgrediatur & relinquat angulum in initio vel in medio agri, ecce anguli naturam induit, sed necesse est, ut etiam relinquat in fine agri tantum angulum, quantus sufficiat pro ea parte agri, quæ residua erat, postquam separasset primum *angulum*.

XIII. Si proprietarius *jam* dederit angulum pauperibus, illique dicant ei, da nobis *potius* ex hac parte, & ille det iis etiam ex *ea* alia parte, & hæc pars & illa pars erit

angu-

angulus; & sic si proprietarius agri separaverit angulum, dicatque ecce hæc pars est angulus, & etiam hæc pars; vel si dicat ecce hæc pars est angulus (12) & hæc, ecce utræque *illæ partes* sunt anguli.

XIV. Operarii prohibentur demetere totum agrum, sed in fine agri *partem aliquam* juxta quantitatem anguli tenentur relinquere; non autem ad angulum pauperibus jus est, donec proprietarius illum separaverit ex proposito suo; quapropter pauper qui videt angulum in fine agri prohibetur illum attingere sub pœna furti, donec ei constet, quod ex mente proprietarii *Angulus* sit.

XV. Angulus è frugibus, leguminibus, aliisque seminibus his similibus, quæ demetuntur; & sic Angulus vineæ, & arborum conceditur, dum adhuc adhæret terræ, & pauperes rapiant eum manibus suis, sed non demetent falcibus, vel eradicabunt securibus, ne forte aliquis percutiat proximum suum; si pauperes velint eum inter se partiri, ecce illi partiantur; sed licet nonaginta novem dicant, ad partitionem, & unus *tantum* dicat, ad raptionem, isti uni auscultabunt, quia dicit *quod est* secundum constitutionem.

XVI. *Sed* Angulum vitis in altum suspensæ, & palmæ, quia pauperes non possunt pervenire ad ra-

פאה ואמר הרי זו פאה וגם זו או שאמר הרי זו פאה וזו הרי שתיהן פאה:

יד. אסור לפועלים לקצור את כל השדה אלא מניחין בסוף השדה כשיעור הפאה ואין לעניים בה כלום עד שיפרישנה בעל הבית מדעתו לפיכך עני שראה פאה בסוף שדה אסור ליגע בה משום גזל עד שיודע לו שהיא מדעת בעל הבית:

טו. הפאה של תבואה וקטניות וכיוצא בהן מזרעים הנקצרים וכן פאת הכרם והאילנות ניתנת במחובר לקרקע והעניים בוזזין אותה בידם ואין קוצרין אותה במגלות ואין עוקרין אותה בקרדומות כדי שלא יכו איש את רעהו רצו העניים לחלקה ביניהם הרי אלו מחלקין אפילו תשעים ותשעה אומרין לחלק ואחר אומר לבוז לזה אחד שומעין שאמר כהלכה:

יז. פאה של דלית ושל דקל שאין העניים מגיעין לבוז אותה אלא

pien-

בסכנה גדולה. בעל הבית
מוריד אותה ומחלק אותה
בין העניים. ואם רצו כולן
לבוז אותה לעצמן בוזין.
אפילו תשעים ותשעה
אומרים לבוז ואחד אומר
לחלק שומעין לאחר שאמר
כהלכה ומחייבין בעל
הבית להוריד ולחלק
ביניהן:

יז. בשלש עתות ביום
מחלקין את הפאה לעניים
בשדה או מניחין אותה
לבוז. בשחר. ובחצי היום
ובמנחה. ועני שבא שלא
בזמן זה אין מניחין אותו
ליטול. כדי שיהיה עת
קבוע לעניים שיתקבצו בו
כולן ליטול. ולמה לא
קבעו לה עת אחד ביום
מפני שיש שם עניות
מניקות שצריכות לאכול
בתחלת היום. ויש שם
עניים קטנים שאין נעורין
בבקר ולא יגיעו לשדה עד
חצי היום. ויש שם זקנים
שאינן מגיעין עד המנחה:

piendum illum, nisi cum magno periculo, ipse tenetur proprietarius decerpere,& partiri inter pauperes; si vero omnes velint eum sibimetipsis rapere, rapiant; sed licet nonaginta novem dicant, ad raptionem, & unus *tantum* dicat, ad partitionem, *isti* uni auscultabunt, quia dicit *quod est* secundum constitutionem, & obligationem imponent proprietario decerpere, & partiri inter illos.

XVII. Ter quotidie angulum in agro inter pauperes partiuntur, vel derelinquunt rapiendum, mane scilicet, meridie, & tempore (13) vespertini sacrificii; & pauperi, qui venit aliquo alio tempore, non permittunt ut auferat; ut *scilicet* pauperibus tempus fixum sit, quo omnes simul conveniant ad accipiendum *angulum*. Quare autem non statuerunt diei unum tempus? *Resp.* Quia *forte* sunt ibi pauperes *feminæ* lactantes,quibus cibo opus est primo mane; & *forte* sunt ibi pauperes pueruli, qui non surgunt mane, nec possunt ad agrum pervenire, donec sit Meridies; & *forte* sunt ibi etiam senes, qui non possunt *ad agrum* pervenire, donec sit tempus vespertini sacrificii.

XVIII. Si pauper *sibi* arripiat partem anguli, & spargat eam in re-

יח. עני שנטל מקצת הפאה חרק על השאר או שנפל עליו או שפירש

 fidu-

ſiduum, vel ſemetipſum immittat in illud, vel expandat pallium ſuum ſupra illud, detrahent eum, indeque cogent recedere, & ſi quid acceperit, auferent illud è manibus illius, & dabunt alii pauperi.

XIX. Si quis accipiat angulum, & dicat, ecce hoc eſt pro *N. N.* paupere, ſi ipſe pauper ſit, qui accepit, propterea quod ad illum jus acquirit pro ſeipſo, (14) jus etiam acquirit pro iſto *N. N.* Sed ſi dives ſit, nullum jus acquirit pro eo, ſed illum dabit pauperi quem proxime invenerit.

XX. Si proprietarius derelinquat angulum iſtis pauperibus, qui ſtant in conſpectu illius, veniatque alius pauper à tergo illius, & accipiat illum angulum, jus acquirit ad illum, quia nemo acquirit jus vel ad ſpicilegium, vel ad rem oblivione relictam, vel ad angulum, vel ad nummum inventum, donec occupet manibus ſuis.

טליתו עליה קונסין אותו ומעבירין אותו ממנה ואפילו מה שנטל לוקחין אותו מידו ונתן לעני אחר:

יט. מי שלקח את הפאה ואמר הרי זה לאיש פלוני העני אם עני הוא זה שלקח מתוך שזוכה בו לעצמו זוכה לאותו פלוני· ואם עשיר הוא לא זכה לו אלא יתננה לעני שנמצא ראשון:

כ· בעל הבית שהניח פאה לעניים אלו העומרים לפניו ובא עני אחר מאחוריו ונטלה זכה בה שאין אדם זוכה בלקט שכחה ופאה וסלע של מציאה עד שיגעו ליד:

Notæ ad Cap. II.

1. Levit. 19. v. 9. & c 23. v. 22.

2. Iis ſcilicet, quæ in præcedente Sectione numerantur, ut cibus ſit, ut è terra producatur. &c.

3. Voces יבשים & רכים non tantum ad התמרים ſed ad omnia præcedentia referuntur.

4. Quia inquit Bartenora ad Peah cap. 1. אין להם שרש בארץ וגדוליהם

וגדוליהם מן האויר i. e. *non habent radices in terra, sed eorum nutritio est ab aere.* Sed in Talmude dicitur, *qui vovit se non vesciturum fructibus terræ, is fungos comedere potest, non enim habent nutrimentum è terra, sed ex pituita arborum.* Berachoth fol. 40. col. 2.

5. Quia totum illud, quod omnibus commune est, æque ad pauperes pertinet ac ad cæteros homines; non opus est autem, ut aliquid ex eo seperaretur pro pauperibus, ad quod pauperes jamdudum jus habuere.

6. Ad verbum *matres ceparum* i. e. cepæ, quæ post evulsas cæteras in terra relinquuntur seminis ferendi gratiâ.

7. Levit. 19. v. 9. & c. 23. v. 22.

8. Nam dictum est in fine agri angulum derelinques.

9. גזברין *Gizbarin* erant Thesaurarii Templi numero tres, qui sub septem *Immarcalin* res consecratas curabant, de quibus sic dicit Maimonides in Tractatu *Kele Hamikdash* cap. 4 Sect. 18. וממנין גזברין מתחת ידי האמרכולין. ואין פוחתין משלשה גזברין והגזברין הן שגובין כל ההקדשות ופודין את הנפדה מהן ומוציאין אותן בדברים הראויין להן להוציאן i. e. *Et constituerunt Thesaurarios, qui essent sub Immarkalin numero non pauciores quam tres; hi Thesaurarii illi erant, qui exigebant omnes res sacratas, & pretium accipiebant eorum, quæ redimenda erant, illudque expendebant in eas res, in quas expendendum erat.* Item in Com. ad Shekalim cap. 5. Sect. 2. sic idem dicit Maimonides גזברים הם נקראים אותן האנשים הממונין על המקדש והם מתעסקים בממון ההקדש ובכל ההקדשות אמרו בתוספת שקלים שלשה גזברים מה הם עושים פודים את הערכים ואת החרמים ואת ההקדשות ומעשר שני וכל מלאכת הקודש בהן נעשית i. e. *Gisbarim vocantur illi viri, qui Præfecti erant Sanctuarii, occupatique erant circa pecuniam sacram, & omnes res sacratas; dicitur in Additamentis Gemaræ ad tractatum Shekalim, Quid tres Thesaurarii faciebant? Pretium redemptionis accipiebant rerum & personarum, quæ æstimabantur, & rerum devotarum, & rerum consecratarum, & decimarum secundarum, & omnia templi negotia per eosdem peracta fuerant.*

10. i. e. Proselytus justitiæ; alter enim Proselytus, quem nos vocamus Proselytum Portæ, cum legem Mosaicam in se non suscepisset observandam, eâ non tenebatur.

11. Judæi enim è frugibus suis non statim post messem decimas solvebant, sed prius tenebantur circa illas totum opus absolvere quod ad colonum spectabat, eo autem absoluto decimæ statim separandæ erant; totum autem opus circa eas tum absolvi dicebatur, cum trituratæ & ventilatæ jam ad pistrinum paratæ reddebantur.

12. Omissa scilicet particula גם *etiam*: vide Talm. in Nedarim c. 1.

13. מנחה proprie significat *munus, donum, oblationem* & specialiter *sacrum frumentaceum Deo oblatum*; quod munus cum bis quo-

tidie, cum sacrificio scilicet jugi matutino, & cum sacrificio jugi vespertino, deo offerretur, hinc usitatum fuit per vocem מנחה ipsum sacrificium vespertinum denotare, (qua significatione legitur 1 Reg. 18 v. 29.) & etiam tempus, quo vespertinum sacrificium offerrebatur, (uti in Daniele cap. 9. v. 21.) illudque per hanc vocem à tempore sacrificii jugis matutini distinguitur, quod nunquam uti nec ipsum sacrificium eo nomine appellatur, licet eadem ratio valeret in utrisque; nam æque cum sacrificio jugi matutino, ac cum sacrificio jugi vespertino sacrum frumentaceum oblatum fuerat; hoc autem tempus vespertinum, quod מנחה *Mincha* vocabatur, duplex erat מנחה גדולה *Mincha* seu vespera *magna*, & מנחה קטנה *Mincha* seu vespera *parva*; prior late accepta totum tempus pomeridianum significabat, quæ ideo à Rabbinis vocatur מנחה של בין הערבים *Mincha* seu vespera *inter duas vesperas*, quia scilicet initium habet à duodecima diei hora, quæ media est inter vesperas præcedentis diei & consequentis; posterior vero est, quæ incipit à tempore, quo ordinarie sacrificium vespertinum oblatum fuit, quod in Lege non erat determinatum ad certam horam, quin poterant illud Israelitæ quandocunque vellent post initium Minchæ magnæ & ante occasum solis offerre; sed constituerunt ipsi, ut ordinarie sacrificium juge vespertinum mactaretur hora octava & dimidia, & sacrificaretur hora nona & dimidia, ut scilicet post initium Minchæ magnæ aliquod spacium superesset, quo alia sacrificia publica & privata offerrentur, quæ post sacrificium vespertinum offerre non licuit, quoniam omnino prohibitum fuit vel ante sacrificium juge matutinum, vel post sacrificium juge vespertinum aliquam victimam jugulare præter agnum Paschalem solum, qui semper post sacrificium vespertinum mactabatur; atque ideo in vigilia Paschæ sacrificium vespertinum unâ horâ citius peragebatur, quam ordinarie solebat, mactebatur quippe hora septima & dimidia & sacrificabatur hora octava & dimidia, ut sic spacium superesset, quo agni Paschales eâ vesperâ mactarentur. Sed si vigilia Paschæ in vigiliam Sabbathi incidisset sacrificium juge vespertinum, tum jugulabatur statim post initium Minchæ magnæ, hora scilicet sexta & dimidia, & sacrificabatur hora septima & dimidia, ut superesset spacium assandi agnum, antequam Sabbathum iniret, quod semper initium accipiebat ab occasu solis diei præcedentis. Excepto vero hoc uno die qui Festum Paschale antecedebat, sacrificium juge vespertinum semper hora octava & dimidia mactabatur, & hora nona & dimidia sacrificabatur, illudque tempus est, quod in hoc loco à Maimonide מנחה *Mincha* appellatur, quod ad nostrum horarum calculum reductum est hora tertia & dimidia vespertina. Judæi enim diei artificialis numerant duodecim horas, quas cum ab hora sexta matutina nostra incipiant supputare, hora sexta Judæorum incidit in duodecimam matutinam nostram, & nona in tertiam vespertinam, & nona & dimidia in tertiam & dimidiam; & hoc tempus est sacrificii vespertini & tertiæ separationis anguli pro pauperibus. De his vide Maim. in Tamid. cap. 1. & Talm. Bab. ib.

14. Quia scilicet potest pro seipso acquirere, quatenus pauper est, & deinde jus suum ad istum alium pauperem transferre.

CAP.

פרק שלישי

א אין מניחין את הפאה משדה על חברתה כיצד היו לו שתי שדות לא יקצר את האחת כולה ויניח בשנייה פאה הראויה לשתיהן: שנאמר לא תכלה פאת שדך בקוצרך שיניח באחת ואחת פאה הראויה לה. ואם הניח משדה על חברתה אינה פאה:

ב. היתה שדהו זרועה כולה מין אחד והיה נחל בתוך השדה אף על פי שאינו מושך או אמת המים שאינו יכול לקצור מה שבשני צדדיה כאחת והוא שתהיה מושכת וקבועה הרי זו כשתי שדות. ונותן פאה מצד זה לעצמו ומצד זה לעצמו:

ג. וכן אם היה מפסיק דרך היחיד שהוא רחב ארבע אמות או דרך הרבים שהוא רחב שש עשרה אמה אבל שביל היחיד והוא פחות מארבע

CAP. III.

I. Non relinquetur Angulus ex *uno* agro pro *alio* ei conjuncto; exempli gratia, si quis habuerit duos agros, non penitus demetet unum eorum, & relinquet in secundo angulum sufficientem pro utrisque; nam dictum est, (1) *Non prorsus demetes angulum agri tui*; sed *seorsum in* singulis angulum relinquet, qui sufficiat pro singulis; & si quis relinquat angulum ex uno agro pro alio ei conjuncto, non est *legitimus* angulus.

II. Si totus ager una specie *seminis* feratur, & in medio agri fluvius sit, licet *per totum agrum* non derivetur; vel Canalis aquarum *tanta latitudinis*, ut non possit *aliquis* eodem falcis ictu demetere quod in utroque illius latere est, isque protractus & fixus sit, ecce hic *ager* est tanquam duo agri, & *proprietarius* dabit angulum ex hoc latere seorsum pro eo, & ex illo latere seorsum pro eo.

III. Et sic *se habet*, si agrum intersecet via privata, quæ latitudinis sit quatuor cubitorum, vel via publica, quæ latitudinis sit sedecim cubitorum; sed semita privata, quæ angustior est quam quatuor

quatuor cubitos, vel semita publica, quæ angustior est quam sedecim cubitos, si fixa sit tempore æstivo & tempore hyberno, dividit *agrum, ita ut reputetur tanquam duo agri*; sed si fixa non sit tempore hyberno, non dividit, quin ecce iste *ager* est sicut unus ager.

IV. Agrum *etiam* dividit terra inculta, quæ *scilicet* nec est seminata, nec arata; vel terra novellata, quæ *scilicet arata est*, sed nondum seminata; vel si interveniat semen alterius speciei; exempli gratia, si sit triticum ex hac parte & triticum ex illa parte & hordeum in medio; vel si aliquis demessuerit quod in medio fuerat, licet *hoc fecisset* priusquam ad tertiam maturitatis partem pervenerat, & araverit locum quem messuit, ecce iste *ager* dividitur in duos agros, licet latitudo singulorum ex his sit tantum trium sulcorum, qui *in agro inter illius porcas* aperiuntur, spaciumq; minus quam (2) quod capax sit quartæ partis *Cabi seminis*. In quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum ager parvus sit, longitudinis scilicet quinquaginta cubitorum, & latitudinis duorum, vel minus; si vero *ager* amplior sit, nec terra inculta, nec terra novellata eum in duos *agros* dividit, nisi tam lata sit, ut capiat quartam partem *Cabi seminis*; sed semen alterius speciei

או שביל הרבים פחות משש
עשרה אמה אם היה קבוע
בימות החמה ובימות
הגשמים מפסיק. ואם אינו
קבוע בימות הגשמים אינו
מפסיק אלא הרי הוא
כשדה אחת:

ד. היה מפסיק בה ארץ
בורה שאינה זרועה ולא
חרושה או ארץ נירה והוא
שנחרשה ולא נזרעה או
שהפסיק בה זרע אחר.
כגון שהיה חטים מכאן
וחטים מכאן ושעורים
באמצעה. או שקצר
באמצעה אפילו. קודם
שתביא שליש וחרש מקום
שקצר. הרי זו נפסקה
לשתי שדות. והוא שיהיה
רוחב כל אחד מאלו
בשלשה תלמים של פתיח
והוא פחות מבית רובע.
במה דברים אמורים בשדה
קטנה שהיא חמשים אמה
על שתי אמות או פחות.
אבל אם היתה יתרה על זו
אין הבור או הניר מפסיקת
לשנים אלא אם כן היתה בו
רוחב בית רובע אבל זרע

אחד כל שהוא מפסיק בה:

ח. אכלוה גובאי או קרסמות נמלים באמצעה אם חרש מקום שאכלו הרי זה מפסיק:

ו. הזורע בהר שאינו כולו שורה אלא יש בו תילים תילים גבוהים ומקומות מקומות עמוקות. אף על פי שאינו יכול לחרוש אותו כולו ולזורעו כאחד אלא נחרש המקום הגבוה בפני עצמו והנמוך בפני עצמו הרי זו בשדה אחת ומניח פאה אחת בסוף ההר על כל ההר:

ז. מברגיות שהן גבוהות עשרה טפחים נותן פאה מכל אחת ואחת. ואם היו ראשי שורות מעורבין נותן מאחת על הכל. היו פחות מעשרה אף על פי שאין ראשי השורות מעורבין נותן מאחת על הכל. היה סלע על פני כל השדה אם עוקר הוא את המחרישה מצד זה ונותנה מצד זה מפסיק ואם לאו אינו מפסיק:

cici quodcunque fit *agrum* dividit.

V. Si Locustæ devoraverint vel formicæ absumpserint *eam agri partem, quæ* in medio fuerat, & *Proprietarius iterum* araverit locum, quem devorarunt, ecce iste *locus agrum* dividit.

VI. Si quis montem feminet, qui non est prorsus planus, sed habet multos tumulos excelsos, multosque locos profundos, licet eum non possit totum simul arare & seminare, sed aretur locus altior seorsum, & locus depressior seorsum, ecce *nihilominus reputatur* tanquam unus ager, & ille relinquet unum angulum in parte montis quam ultimo demetit pro toto monte.

VII. Si vero **Præcipitia** *tumulorum* sint decem cubitos alta, dabit angulum ex singulis; sed si culmina *spicarum* in *singulis arearum* feriebus *sibi invicem* commisceantur, dabit ex una *earum* pro omnibus; vel si *præcipitia tumulorum* sint minus quam decem *cubitos* alta, etiamsi culmina *spicarum* in *arearum* feriebus *sibi invicem* non commisceantur, dabit *tamen* ex una *earum* pro omnibus. Si sit petra trans totum agrum *protensa, ita ut colonus in arando* extrahat aratrum suum ex hoc latere, & iterum immittat ex alio latere, *ecce ea* dividit *agrum*, sin minus non dividit.

VIII. Si quis feminet agrum, in quo funt arbores, licet ille fit per multas areas inter arbores *difpofitus*, & omnia loca feminata non *fint ita conjuncta, ut fpica fibi invicem* commifceantur, dabit *tamen* unum *tantum* angulum pro toto agro; res certa enim eft, quod unus ager fit, & quod *tantum* propter arbores dividantur loca feminata.

IX. In quo cafu dicta funt hæc? *Refp.* Quum quævis decem arbores fint in fpacio (3) quod recipit tantum Seam feminis; fed fi quævis decem arbores fint in fpacio, quod plus recipit quam Seam feminis, ecce *proprietarius* dabit angulum ex fingulis areis, quoniam arbores longe diftant, & non quidem propter arbores.

X. Si quis feminet per varias areolas; nimirum *fi quis ferat* areolas ceparum inter olera; dabit unum *tantum* angulum pro omnibus cepis; immo etiamfi olera feparent inter eas, diftinguantque in diverfas areolas.

XI. Si ager totus feratur una fpecie *feminis*, & poftquam *aliqua* loca in eo inceperint exarefcere, *Proprietarius* eradicet vel evellat, quod exaruit ex hoc loco, & ex illo loco, donec relinquatur viride, quod diftinctum fit in diverfas areolas a femetinvicem diftantes, fi fit confuetudo apud homines iftius loci

ח. הזורע שדה שיש בה אילנות אף על פי שהיא מלבנות מלבנות בין האילנות ואין כל הזרע מעורב נותן פאה אחר לכל השדה שדבר ידוע ששדה אחת היא: ומפני מקום האילנות נחלק הזרע:

ט. במה דברים אמורים כשהיו האילנות כל עשר בתוך בית סאה׳ אבל אם היו כל עשר אילנות ביותר מבית סאה הרי זה נותן פאה מכל מלבן ומלבן. שהרי האילנות מרוחקים הרבה ולא מפני האילנות:

י. זרע מלבנות מלבנות וכן מלבנות הבצלים שבין הירק נותן פאה אחת לכל הבצלים. ואף על פי שהירק מבדיל ביניהן ומשימם מלבנות מלבנות:

יא. שדה שכלה זרועה מין אחר וכיון שהתחילו בה מקומות לייבש עקר או תלש מה שיבש מכאן ומכאן עד שנשאר הלח מפורד מלבנות מלבנות מקום:

מרוחקות זו מזו אם היה דרך בני אדם שם לזרוע מאותו המין ערוגות ערוגות כגון שבת או חרדל הרי זה מניח פאה מכל מלבן ומלבן : שהרואה אומר ערוגות ערוגות נזרעו. ואם היה מין אחר שזורעין אותו שדות כגון תבואה וקטניות נותן אחד לכל

יב : במה דברים אמורים כשהיה יבש מכאן ויבש מכאן ולח באמצע ; אבל לח מכאן ומכאן ויבש באמצע מניח מן היבש בפני עצמו ומן הלח בפני עצמו :

יג. שדה שזרעה בצלים או פולים או אפונים וכיוצא בהן והיה ברעתו למכור מקצתן לחין בשוק מניח מקצת השדה יבש ויעשה ממנו גורן חייב להניח פאה לזה שמוכר לח בפני עצמו ולזה שקוצר אותו יבש בפני עצמן :

יד. הזורע את שדהו מין אחד אף על פי שהוא עושהו שתי גורנות מניח פאה אחת. וזרעה שני

illam ſpeciem ſeminis per areolas ſeminare, exempli gratiâ (4) Anethum vel Sinapin, ecce ille relinquet angulum in ſingulis areolis; quippe qui videt, dicet, quod multæ areolæ ſeminantur. Sed ſi una ſpecies *ſeminis* ſit, quâ ſolent agros *integros* ſeminare, exempli gratia fruges vel legumina, dabit unum *tantum angulum* pro omnibus.

XII. In quo caſu dicta ſunt hæc? *Reſp.* Cum (5) ex utroque latere ſit quod exaruit, & viride in medio; ſed ſi ſit viride ex utroque latere, & aridum in medio, relinquet ex arido ſeorſum pro eo, & è viridi ſeorſum pro eo.

XIII. Si quis agrum ſeminet cepis, vel fabis, vel piſis, vel his ſimilibus, &propoſitum habeat partem eorum, *dum adhuc* viridia *ſunt*, in foro vendere, partemque agri relinquere, donec areſcat, ut reponat in horreo ſuo, obligatur relinquere angulum ex eo quod vendidit viride ſeorſum pro eo, & ex eo quod demeſſuit aridum ſeorſum pro eo.

XIV. Qui ſeminat agrum ſuum una ſpecie ſeminis, etiamſi eam reponat in duobus horreis, relinquet *tamen* angulum unum;

ſed

sed qui seminat duabus speciebus, licet reponat eas in uno horreo, dabit *tamen* angulum ex hac specie seorsum pro ea, & ex illa specie seorsum pro ea.

XV. Qui serit *semen* duorum colorum, sed ejusdem generis, exempli gratia qui serit duas species tritici, vel duas species hordei, si reponat eas in uno horreo, dabit unum *tantum* angulum, si in duobus horreis, dabit duos angulos; & hoc (6) traditio est Mosis è Sina.

XVI. Si fratres partiantur *agrum*, dabunt duos angulos; si vero conveniant, & *iterum* socientur, dabunt *tantum* unum angulum. Si socii demessuerint dimidiam partem agri, & postea partiantur illum, qui accipit partem demessam (7) non omnino separat *angulum*, & qui accipit segetem separat tantum pro ea dimidia parte quam accepit: si vero conveniant & *iterum* socientur, & alteram dimidiam partem demetant sociati, (8) unusquisque ex iis separet angulum è portione sua, quæ est in segete pro portione socii sui, quæ est in segete, sed (9) non pro ea dimidia *agri* parte, quæ demessa fuit.

XVII. Si sit ager, cujus dimidium attigit tertiam maturitatis partem, & *alterum* dimidium non attigit, & incipiat *Proprietarius* demetere, demetatque dimidium istius.

מינים אף על פי שהוא עושה אותה גורן אחת נותן פאה למין זה בפני עצמו ופאה למין זה בפני עצמו:

טו. זרע שני גונים ממין אחד. כגון שזרעה שני מיני חטים או שני מיני שעורים. אם עשאן גורן אחד נותן פאה אחד שני גורנות נותן שתי פאות ודבר זה הלכה למשה מסיני:

יו. האחין שחלקו נותנין שתי פאות חזרו ונשתתפו נותנין פאה אחת. השותפין שקצרו חצי השדה ואחר כך חלקו. זה שלקח הקציר אינו מפריש כלום. וזה שלקח קמה מפריש על החצי שלקח בלבד. חזרו ונשתתפו וקצרו החצי. והאחר בשותפות. כל אחד מהן מפריש מחלקו שבקמה על חלק חברו שבקמה אבל לא על החצי שנקצר:

יז. שדה שהגיע חציה עד שליש. וחציה לא הגיע. והתחיל וקצר בחצי שהגיע חציו. ואחר כך הביאה כולה

שליש ואחר כך נגמר החצי הראשון שהגיע בתחלה מפריש מן הראשון על האמצעיים ומן האמצעיים על הראשון ועל האחרון:

יח׳ המוכר מקומות מקומות משדהו לאנשים הרבה אם מכר כל השדה כל אחד ואחד נותן פאה אחת מחלקו שלקח ואם התחיל בעל השדה לקצור ומכר מקצת ושייר מקצת בעל השדה נותן פאה הראויה לכל שכיון שהתחיל לקצור נתחייב בכל ואם מכר תחלה מפריש הלוקח על מה שלקח ובעל השדה על מה ששייר:

יט׳ שדה אילן אין מפסיק בה אלא גדר גבוה המבדיל בין האילנות: אבל אם היה הגדר מבדיל מלמטה והבדים והפארות מעורבין מלמעלה ונוגעין בגדר על גבו הרי זה כשדה אחת ונותן פאה לכל:

כ׳ שנים שלקחו אילן

istius dimidii, quod attigit tertiam maturitatis partem, & postea totus *ager* perveniat ad tertiam maturitatis partem, totumque deinde demetat primum dimidium, quod primo attigit *tertiam maturitatis partem*, (10) separet è prima parte pro media, & è media pro prima & ultima.

XVIII. Quoad illum, qui ex agro suo vendit multas portiones pluribus hominibus, si *sic* vendat totum agrum, unusquisque ex illis, *qui emunt*, dabit angulum unum pro portione quam emit; sed si inceperit ipse proprietarius agri demetere, & deinde vendat dimidiam partem, dimidiamque partem sibi residuam servet, Proprietarius agri dabit angulum, qui sufficiat pro toto *agro*; nam postquam incepisset demetere obligatur pro toto; si vero vendat, priusquam *separaverat*, qui emit separabit pro eo quod emit, & proprietarius agri pro residuo.

XIX. Agrum arboribus consitum nihil dividit nisi alta maceria separans inter arbores; sed si maceria separet tantum inter partes *arborum* inferiores, supra autem rami & frondes sibiinvicem commisceantur, vel ad maceriæ pertingant fastigium, ecce hic est sicut unus ager, & *Proprietarius* dat *unum tantum* angulum pro eo toto.

XX. Si duo emant unam ar-

 borem

borem, dant ex ea unum tantum angulum; sed si unus emat partem septentrionalem, & alter meridionalem, hic dabit angulum seorsum pro seipso, & ille dabit angulum seorsum pro seipso.

XX. Quoad siliquas, si omnes in tali spacio sint, ut aliquis stans ab uno latere earum & socius ab alio latere seinvicem videant, ecce illæ omnes sunt unus ager, & unus angulus *dabitur* pro omnibus; si vero à duobus lateribus prospectus pateat usque ad *totam* mediam partem, non autem ab ipsis lateribus ad seinvicem, *Proprietarius* separet in eodem latere, (11) vel è prima parte pro media, vel è media pro prima; sed non separabit ex hoc latere pro alio latere.

Quoad olivas, quæcunque sunt in una aliqua plaga è *quatuor* plagis civitatis; exempli gratia quæcunq; sunt in plaga occidentali civitatis vel orientali, ecce eæ omnes *reputantur* tanquam unus ager, & unus angulus *dabitur* pro omnibus.

XXIII. Si quis vindemiet partem vineæ suæ sparsim hic & illic, ut attenuet vitem, donec obtineant reliqui botri spacium, quo *melius* crescant, ille vocatur attenuator; supra autem (12) explicavimus, quod qui vindemiat

אחר נותנין ממנו פאה אחת. לקח זה צפונו וזה דרומו זה נותן פאה לעצמו וזה נותן פאה לעצמו:

כא. החרובין כל שאדם עומד בצד חרוב זה וחברו עומד בצד חרוב זה ורואין זה את זה הרי הן כלן שדה אחד ופאה אחת לכלן. היו שני הצדדין רואין את האמצעיים ואין הצדדין רואין זה את זה מפריש מצד אחד מן הראשונים על האמצעיים ומן האמצעיים על הראשונים ׳ אבל לא יפריש מצד זה על הצד האחר:

כב. הזתים כל מה שיש מהן מרוח אחת מרוחות העיר כגון זתים שיש במערב העיר כולן או במזרחה הרי הן כשדה אחת ופאה אחת לכלן:

כג. הבוצר את מקצת כרמו מכאן ומכאן כדי להקל מעל הגפן עד שימצאו שאר האשכולות ריוח ויוסיפו הוא הנקרא מידל. וכבר

vineam

באֿרנו שהבוצר מרוח אחת אינו מירל ולפיכך נותן מן הנשאר פאה הראוית לכל: ואף על פי שבצר לשוק: אבל אם הרל למכור בשוק אינו נותן פיאה לזה שהרל: הרל להביא בביתו נותן מן הנשאר שהניח לדרוך פאה אחת הראויה לבל:

vineam ſuam à una plaga, non eſt attenuator; quapropter dabit è reſiduo angulum, qui ſufficiat pro toto, immo etiamſi vindemiet pro foro; ſed ſi attenuet ut in foro vendat, non dabit angulum pro eo quod attenuando excerpſit; ſi vero attenuet, ut deportet ad domum ſuam, dabit ex eo quod reliquit pro torculari unum angulum, qui ſufficiat pro toto.

Notæ ad Cap. III.

1. L Evit. c. 19. v. 9. & 23 v. 22.

2 בית רובע inquit Maimonides in Comm. ad Miſn. tract. Peah cap. 3. Sect. 6. מקום שיזרעבו רובעהקב i. e. *Locus ſeu ſpacium eſt, in quo aliquis poſſit ſeminare quartam partem Cabi*; & ſane τῦ רובע הקב i. e. *quartæ partis Cabi* mentio fit in ſacris ſcripturis, 2. Reg. c. 6. v. 25. eademque menſura eſt, quæ apud Hebræos vocabatur לוג *Logus*; Cabus enim continet quatuor Logos; Logus autem menſura eſt continens quantitatem ſex ovorum Gallinaceorum. Judæi enim omnes menſuras ſuas ad ova Gallinacea reducunt, eaſque ſic ſupputant; מקוה *Mikve*, quæ maxima eſt apud eos menſura, continet quadraginta סאין *Seas*: כור *Corus* ceu חומר *Chomer* triginta סאין *Seas*, vel decem איפות *Ephus*: איפה *Epha* tres סאין *Seas*, cujus decima pars eſt עומר *Omer* (Exod. 16. v. 36.) סאה *Sea* autem continet duos הינין *Hinnos*: הין *Hinnus* tres קבין *Cabos*: קב *Cabus* quatuor לוגין *Logos*: & לוג *Logus* ſex ביצים *Ova*, ſcilicet Gallinacea mediocris magnitudinis; quas menſuras ſi ad noſtras reducas ביצה *Ovum* continet è liquidis circa ſeſquiunciam; Logus circa novem uncias; Cabús circa duas libras, ſeu pintas, & quatuor uncias; Omer circa quatuor libras ſeu pintas, & quatuor quintas partes unciæ; Hinnus circa ſex libras ſeu pintas, & duodecim uncias; Sea circa unum Congium Anglicanum, & quinque libras ſeu pintas, & octo uncias; Epha circa quinque Congia

gia Anglicana, & octo uncias; Corus seu Chomer circa quinquaginta Congia Anglicana, & quinque libras seu pintas; & Mikve circa sexaginta septem Congia Anglicana, & quatuor libras seu pintas. Sed hæc rudi Minerva: si accuratiorem velis supputationem, quam nostra brevitas non feret, adeas Alphesum, Maimonidem, & alios Talmudicos scriptores, quæque ex iis congessit Waserus in libro, quem de hac re conscripsit.

3. Hoc enim spacium ex mente Talmudicorum decem arbores justis intervallis distantes necessario occupant; cum igitur arbores non dividant agrum, nec spacium, quod necessario requiritur in quo crescant, dividit; sed si spacium, quod occupant quævis decem arbores, amplius sit, quam necessario ad eas requiritur, tum dividit agrum; quia dicunt Talmudici, hoc spacium non interjicitur propter arbores, cum iis minus spacium possit sufficere; atque ideo licet arboribus consitum sit, nihilominus agrum dividit: Spacium autem capax Seæ seminis secundum mentem Maimonidis ex illius Commentariis ad Misnaioth tract. Peah cap. 3 Sect. 1. colligo esse spacium quinquaginta cubitorum ex omni latere, ibi enim de hac eadem re tractans dicit, si quævis decem arbores sint בתוך חמשים אמה על חמשים אמה i.e. *in spacio quod quinquaginta cubitos latum sit ex omni latere.* &c.

4. Illæ enim species seminum in plerisq; locis per areolas seminantur.

5. Quia nisi aridum ab omni latere viridis evelleretur, viride non appareret ut in distincta areola.

6. Dicunt Judæi Mosi in monte Sina duplicem legem datam fuisse, scriptam, quæ in Pentateucho continetur, & oralem, quæ scriptam explicans à Mose ore tenus Josuæ & septuaginta senioribus, ab iisque Prophetis succedentibus, & à Prophetis doctoribus Misnicis tradita fuit, donec tandem tempore Antonini Pii Imperatoris Romani R. Judah Hakkodesh eas omnes traditiones cum consectariis & conclusionibus earum, omnibusque sapientum supra easdem sententiis in unum volumen colligens Misnam composuit. Cum igitur iste liber traditiones duplicis generis contineat, eas scilicet quæ ab ipso Mose creduntur originem habuisse, aliasque quæ tantum sunt supra has traditiones à Mose acceptas sententiæ & decisiones auctoritate sapientum consignatæ, ut has à se invicem distinguerent, quæ prioris generis sunt Judæi semper vocant הלכות למשה מסיני i.e. *constitutiones seu traditiones Mosis à Sina acceptas.* De quibus legas plura in Præfatione Maimonidis primo libro Misnæ, qui vocatur סדר זרעים *Seder Zeraim*, præmissâ, quam cum versione latina editam habes à celeberrimo Pocockio in Porta Mosis.

7. Quia angulus non debetur nisi in fine agri.


8. Quia hæc secunda pars est tanquam unus ager, atque ideo unusquisque ex illis sociis potest è portione sua, quam in illa secunda parte habet, angulum separare pro portione, quam socius habet in eadem secunda parte, nam & hujus portio & illius portio est in eodem agro; & hic mihi videtur genuinus sensus hujus loci; in toto enim hoc capite agitur

agitur de eo, quod separat agrum, ita ut è una parte illius angulus non possit separari pro altera; sed commentator in Ceseph Mishneh eum aliter exponit, quasi unusquisque ex his sociis obligatus fuisset duplicem angulum separare, unum scilicet pro portione sua & alium pro portione socii, dicit enim כל אחד חייב להפריש מן הקמה גם על חלק חבירו של הקמה i. e. *unusquisque ex iis obligatur separare è segete etiam pro portione socii sui, quæ est in segete*; forsan enim putavit ille, quod sic compensatio debuerat fieri pauperibus pro angulo prioris dimidiæ partis agri, à quo ea, cum ager divisus fuisset, omnino liberabatur. Sed hæc explicatio nec verbis Maimonidis, nec verbis Talmudis Hierosolymitani, è quo hanc clausulam excerpsit Maimonides, mihi videtur ullo modo posse accommodari.

9. Quoniam ea dimidia pars jam reputatur tanquam alius distinctus ager, non autem ex lege Judaica licuit angulum separare ex uno agro pro alio, uti Sectione prima hujus Capitis explicatur.

10. Quia prima & media pars, cum simul pervenerint ad tertiam maturitatis partem, se habent ut unus ager; & sic etiam media & ultima; quia priusquam media demessa fuerat, ultima etiam ad tertiam maturitatis partem pervenerat, & sic simul maturæ fuerant, sicut prima & media. Sed quia prima pars demessa fuerat, priusquam ultima ad tertiam maturitatis partem pervenerat, eæ partes non erant simul maturæ, atque ideo reputantur sicut duo diversi agri; ob eamque rationem nec è prima parte pro ultima, nec ex ultima pro prima angulus poterat separari; quia prohibetur angulum separare è uno agro pro alio.

11.



Exempli gratia, si unus stans à latere *a* videat usque ad *c*, & alter stans à latere *d* videat usque ad *b*, angulus potest separari à prima parte *a b* pro media *b c* & è media *b c* pro prima *a b*; eæ enim duæ partes quippe uno prospectu visæ, reputantur ut unus ager; & sic etiam angulus potest separari è prima parte *c d* pro media *b c*, & è media *b c* pro prima *c d* ob eandem rationem; sed non potest separari è prima parte seu latere *a b* pro altera prima parte seu latere *c d*, nec vice versâ ex hac pro illa; eæ enim duæ partes, quoniam uno prospectu videri non possunt, reputantur tanquam duo agri; atque ideo separare angulum è una earum pro altera omnino prohibetur.

12. Capite scilicet secundo hujus tractatus Sectione sexta.

CAP. IV. פרק רביעי

I. Quid est spicilegium? *Resp.* Quod cadit è falce tempore messis, vel quod cadit è manu, cum *messor* colligat *spicas*, ut demetat; si modo quod cadit sit tantum una vel duæ spicæ; sed si cadant tres spicæ simul, illæ pertinent ad proprietarium agri; quod autem cadit (1) à parte posteriore falcis vel à parte posteriore manus, licet una tantùm spica sit, non est spicilegium.

א איזהו לקט זה הנופל מתוך המגל בשעת קצירה או הנופל מתוך ידו כשמקבץ השבלים ויקצור והוא שיהיה הנופל שבלת אחת או שתים: אבל אם נפלו שלש כאחת הרי שלשתן לבעל השדה והנופל מאחר המגל או מאחר היד אפילו שבלת אחת אינה לקט:

II. Si quis decerpat manu sua sine falce, quod cadit è manu illius non est spicilegium; sed si evellat, quod *homines* solent evellere, quod cadit è manu illius est spicilegium; Si demetat vel evellat, quod consuetudo est evellere; & postquam messuit, quod brachium implet, vel evulsit, quod pugnam implet, spina cum percutiat; & cadat aliquid è manu illius in terram, ecce illud pertinet ad proprietarium agri.

ב. היה קוצר ביד בלא מגל הנופל מתוך ידו אינו לקט. אבל התולש דברים התולשים אותם הנופל מתחת ידו לקט. היה קוצר או תולש דבר שדרכו להתלש ואחר שקצר מלא זרועו או תלש מלא קמצו הכתו קוץ ונפל מידו על הארץ הרי זה של בעל הבית:

III. Si quis metat, & relicta sit una spica, quæ non demessa fuit, demessum autem est quicquid est circumcirca, si culmen *spicæ relictæ* tangat segetem *nondum demessam*

ג. היה קוצר ונשארה שבלת אחת שלא נקצרה ונקצר כל שסביבותיה אם היה ראשה מגיע לקמה

שכצרה ויכולה להקצר עם הקמה הרי היא של בעל השדה ואם לאו הרי היא של עניים:

ד. היו שתי שבולת זו בצד זו הפנימית יכולה להקצר עם קמה והחיצונה יכולה להקצר עם הפנימית ואינה יכולה להקצר עם הקמה הפנימית נצלת ומצלת את החיצונה שהרי היא כנופלת מתוך המגל ואף על פי שעדין לא נקצרה. והשבלים שבקש הרי הן של בעל השדה:

ה. הרוח שפיזר את העומרים ונתערב קציר של בעל השדה עם הלקט אומדין את השדה כמה לקט היא ראויה לעשות ונותן לעניים. מפני שזרה אותם. וכמה הוא שיעור זה ארבעה קבין תבואה לכל בית כור:

ו. לקט שנפל לארץ ולא לקטוהו עניים ובא בעל השדה והגריש את הקציר שלו על הארץ כיצד הוא עושה. מפנה הגריש שלו

ſam, quæ ei à latere eſt, ita ut poſſit demeti cum ſegete, ecce ea pertinet ad proprietarium agri; ſin minus, pertinet ad pauperes.

IV. Si ſint duæ ſpicæ *relictæ* una à latere alterius, & interior poſſit demeti cum ſegete *nondum demeſſa*, & exterior poſſit demeti cum interiori, licet non poſſit demeti cum ſegete; interior liberatur, & liberat etiam exteriorem; *extra* enim *hos caſus* ecce ea (2) eſt ſicut *ſpica* quæ decidit è falce, licet nondum metatur. Spicæ quæ ſunt in ſtramine pertinent ad proprietarium agri.

V. Si ventus diſpergat manipulos, & fruges demeſſæ proprietarii agri commiſceantur cum ſpicilegio; æſtimationem facient de agro; quantum *ſcilicet* ſpicilegium in eo poterat fieri, & dabunt pauperibus; quia hoc *factum fuit* per violentiam. Sed quænam eſt quantitas illius? *Reſp.* (3) Quatuor Cabi frugum pro omni ſpacio, quod recipit Corum ſeminis.

VI. Si ſpicilegium cadat in terram, & pauperes illud non colligant, & veniat proprietarius agri, & coacervet fruges ſuas demeſſas ſupra illam terram, quid in hoc caſu faciet? *Reſp.* amovebit

bit totum acervum ſuum in alium locum, & omnes ſpicæ, quæ (4) terram tetigere pertinent ad pauperes; quoniam neſcimus, quænam ex iis ſit, quæ eſt ſpicilegium, (5) & quicquid dubium eſt in donis pauperum pertinet ad pauperes; nam dictum eſt relinques, i. e. pones coram illis ex eo quod tuum eſt.

VII. Sed quare non æſtimationem faciunt de eo, & pariter dent pauperibus quantum ſufficiat pro ſpicilegio? *Reſp.* Quoniam mulctant eum, quod transgreſſus ſit, & accumulaverit ſuper ſpicilegium: Immo etiamſi fecerit per errorem; etiamſi ſpicilegium ſit hordeum, & quod accumulaverat ſupra illud ſit triticum; etiamſi pauperes arceſſiverit, & illi non venerint; etiamſi accumulaſſent illud alii ſine cognitione illius, nihilominus omnes ſpicæ, quæ teram tangunt pertinent ad pauperes.

VIII. Si neceſſe ſit ut *aliquis* agrum ſuum ſtercoret, priusquam pauperes collegerunt ſpicilegium, quod eſt in eo; ſi damnum illius *hoc omiſſo* majus eſſet, quam damnum è ſpicilegio *deperdito*, licet ei ſtercorare; ſed ſi damnum è ſpicilegio *deperdito* majus eſſet, quam damnum illius, prohibitum eſt ſtercorare; ſed ſi colligat totum ſpicilegium, & ponat illud juxta ſepem, donec veniat pauper, &

כולו למקום אחר וכל השבלים הנוגעות בארץ כולן לעניים מפני שאין אנו יודעים אי זו היא מהם שהיתה לקט. וספק מתנות עניים לעניים. שנאמר תעזוב הנח לפניהם משלך:

ז׳ ולמה אין אומדין אותה וליתן לעניים. מה שראויה לעשות לקט מפני שעבר והגדיש על הלקט קנסוהו. ואפילו היה שוגג ואפילו היה הלקט שעורים והגדיש עליו חיטין ואפילו קרא לעניים ולא באו אפילו הגדישוהו אחרים שלא מדעתו כל הנוגעות בארץ הרי הן לעניים:

ח׳ הצריך לרבץ את שדהו קודם שילקטו העניים לקט שבה אם הזיקו מרובה על הפסד הלקט מותר לרבץ. ואם הפסד הלקט מרובה על הפסדו אסור לרבץ. ואם קבץ את כל הלקט והניחו על הגדר עד

accipiat

שיבא העני ויטלנו הרי זה מרת חסירות:

ט· זרעים הנמצאים בחורי הנמלים· אם היו החורים בתוך הקמה הרי הוא של בעל השדה שאין לעניים מתנה בתוך הקמה· ואם היו במקום שנקצר הרי זה של עניים שמא מן הלקט גררוהו· ואף על פי שנמצא שחור אין אומרים הרי זה משנה שעברה שספק הלקט לקט:

י. שבלת של לקט שנתערבה בגריש הרי זה מפריש שתי שבולות ואמר על אחת מהן אם הלקט היא זו הרי היא לעניים· ואם אינה לקט הרי המעשרות שהיא חייבת בהן שבולת זו קבועים בשבלת שניה וחוזר ומתנה כן על שבלת שניה ונותן אחת מהם לעני והאחרת תהיה מעשר:

יא· לא ישכור אדם את הפועל על מנת שילקט בנו אחריו· אבל האריסין והחכירין

accipiat illud, ecce hoc est virtus charitatis.

IX. Quoad grana *frugum* quæ inveniuntur in cavernis formicarum, si *ista* cavernæ fuerint in medio segetis, pertinent ad proprietarium agri, quia pauperes nulla habent dona in medio segetis; sed si fuerint in loco, qui jam demessus est, ecce ea pertinent ad pauperes; forsan enim è spicilegio *formicæ* collegerunt ea; & etiamsi nigra inventa sint, non tamen dicent, ecce hæc sunt grana anni præteriti; illud enim de quo dubium est, an sit spicilegium, est spicilegium.

X. Si spica aliqua è spicilegio commisceatur acervo *Proprietarii agri*, ecce ille separabit duas spicas, & supra unam earum dicet; si hæc spica sit spicilegium, ecce erit pro pauperibus; sed si non sit spicilegium, ecce decimæ, ad quas obligatur hæc spica, assignabuntur in spicâ secundâ; & deinde idem repetens supra spicam secundam (6) dabit unam earum pauperibus, & altera erit pro decimis.

XI. Nemo conducet operarium sub hac conditione, (7) ut filius illius colligat spicilegium post eum, sed si *operarij* sint, (8) qui agrum curant pro certa portione

 fruc-

fructuum, vel (9) qui conducunt agrum pro certa quantitate fructuum proprietario agri reddenda, vel qui (10) vendiderunt segetem suam alii demetendam, filii eorum colligant post eos; licet etiam operario introducere uxorem suam, & filios suos, ut colligant post eum; immo etiamsi *proprietarius* conduxerit illum *sub hac conditione*, ut acciperet (11) dimidium messis, vel tertiam partem illius, vel quartam pro mercede sua.

XII. Si quis non permittat pauperes colligere, vel permittat hunc & prohibeat alium, vel adjuvet unum præ alio, ecce ille fraudat pauperes.

XIII. Prohibitum est homini collocare leonem vel aliam feram huic similem in agro suo, ut scilicet videant pauperes, & aufugiant; si sint ibi pauperes qui non debent accipere spicilegium, si proprietarius possit eos vi expellere, expellat, quin si non possit, eos permittat pacis gratiâ.

XIV. Si quis (12) spicilegium publicet, *ut fiat omnibus commune*, cùm jam maxima illius pars deciderit, illud non est commune; nam postquam decidisset maxima illius pars, *proprietarius* non amplius habet jus in eo.

XV. Quid est uva decidua? *Resp.* Est uva una, vel uvæ duæ, quæ à botro defractæ fuerint tempore

והמוכר קמתו לחברו לקצור ילקט בנו אחריו ויש לפועל להביא אשתו ובניו ללקט אחריו ואפילו שכרו ליטול חצי הקציר או שלישו או רביעו בשכרו:

יב. מי שאינו מניח את העניים ללקט או שהוא מניח אחד ומונע אחד או שיסייע את אחד מהן על חבירו הרי זה גוזל את העניים:

יג. ואסור לאדם להרביץ ארי וכיוצא בו בתוך שדהו כדי שיראו העניים ויברחו. היו שם עניים שאינן ראויין ליטול לקט אם יכול בעל הבית למחות בידן ממחה ואם לאו מניחן מפני דרכי שלום:

יד. המפקיר את הלקט עם נפילת רובו אינו הפקר מאחר שנשר רובו אין לו בו רשות:

טו. אי זהו פרט זה גרגיר אחד או שני גרגרים הנפרטים מן האשכול

vinde-

הבצירה נפלו שלש
גרגרים בבת אחת אינם
פרט :

יז : היה בוצר וכרת את
האשכול והוסבך בעליו
ונפל לארץ נפרט אינו פרט
היה בוצר ומשליך לארץ
כשמפנה האשכולות ואפילו
חצי אשכול הנמצא שם הרי
הוא פרט וכן אשכול שלם
שנפרט שם הרי הוא פרט
והמניח את הכלכלה תחת
הגפן בשעה שהוא בוצר
הרי זה גוזל את העניים :

יח אי זו היא עוללת זה
אשכול הקטן שאינו מעובה
כאשכול שאין לו כתף
ואין ענביו נוטפות זו על
זו אלא מפוזרות : יש לו
כתף ואין לו נטף הרי היא
של בעל הכרם ואם ספק
לעניים :

יט אי זו היא כתף פסיגין
המחוברות בשדרה זו על
גב זו נטף ענבים
המחוברות בשדרה
ויורדות והוא שיהו כל

vindemiationis; sed si decidant tres uvæ una vice simul, non reputantur pro uvis deciduis.

XVI. Si quis vindemiet, & amputet botrum, isque foliis implicetur, & decidat in terram, quod defractum est non reputatur pro uvâ deciduâ; si quis vindemiet & projiciet botros in terram; cum eos iterum inde removeat, etiamsi dimidium botri ibi defractum inveniatur, ecce illud pro uvis deciduis reputatur; & sic si integer botrus sit, qui ibi defractus fuerit, ecce ille pro uvis deciduis reputatur; & qui ponit canistrum sub vite eo tempore quo vindemiat, ecce ille fraudat pauperes.

XVII. Quidnam est Racemulus? *Resp.* Est botrus minor, qui non est densus; exempli gratia botrus, qui non habet ramulos sibiinvicem incumbentes, cujusque uvæ non descendunt per modum stiriæ una supra aliam, sed segregantur; si habeat ramulos sibiinvicem incumbentes, licet non descendunt per modum stiriæ, ecce *nihilominus* pertinet ad proprietarium vineæ; sed si dubium *sit an habeat ramulos, pertinet* ad pauperes.

XVIII. Quidnam est, habere ramulos sibiinvicem incumbentes? *Resp.* (13) Est cum in scapo conjungantur botri minutiores unus supra alium: *Quidnam est* descendere per modum stiriæ? *Resp.* (14) Est

(14) Est cum uvæ conjungantur in scapo & descendant. Et *hoc etiam requiritur ad racemulum*, ut omnes uvæ illius possint comprehendi (15) in palma manus. Sed quare racemulus vocatur עולל *Olel*? *Resp*. Quoniam se habet ad reliquos botros, sicut עולל *Olel*, i. e. *puer* ad virum.

XIX. Non obligatur Proprietarius vineæ vindemiare racemulos, & dare pauperibus; sed illi vindemient eos pro seipsis; & si sit uva solitaria, ecce ea est racemulus.

XX. Si sit surculus, cui appendet botrus, & in (16) junctura surculi sit racemulus; si vindemietur cum botro, ecce ille pertinet ad proprietarium Vineæ, sin minus ecce ea pertinet ad pauperes.

XXI. Si tota vinea sit *solis* racemulis *repleta*, ecce *tota* ea pertinet ad pauperes; nam dictum est, (17) *& vineam tuam non racemabis*, i. e. licet *solis* racemulis tota *repleatur*. Lex autem de granis deciduis, & racemulis non obtinet nisi in vinea tantum.

XXII. Pauperes non habent jus accipiendi uvas deciduas, vel racemulos, donec Proprietarius vineæ inceperit vindemiare vineam suam, juxta quod dictum est (18) *cum vindemies vineam tuam racemulos non colliges* &c. & quantum vindemiabit *proprie-*

הענבים שבעוללות נוגעין בפס יד: ולמה נקרא שמו עולל מפני שהוא לשאר האשכולות כעולל לאיש:

יט. ואין בעל הבית חייב לבצור העוללות וליתנן לעניים: אלא הן בוצרין אותן לעצמן וגרגר יחידי הרי היא עוללת:

כ. זמורה שהיה בה אשכול ובארכובה של זמורה עוללת. אם נקרצה עם האשכול הרי היא של בעל הכרם ואם לאו הרי היא לעניים:

כא. כרם שכולו עוללות הרי הוא לעניים שנאמר וכרמך לא תעולל אפילו כולו עוללות: ואין הפרט והעוללות נוהגין אלא בכרם בלבד:

כב. אין העניים זוכין ליקח פרט ועוללות עד שיתחיל בעל הכרם לבצור כרמו שנאמר וכי תבצור כרמך לא תעולל. וכמה יבצור

tarius

ויהיו זוכין בהן שלש
אשכולות שהן עושין
רביע:

כג. המקדיש כרמו עד
שלא נודעו העוללות
אין העוללות לעניים·
ואם משנודעו העוללות
העוללות לעניים ויתנו שכר
גדולים להקדש:

כד. הזומר את הגפן אחר
שנודעו העוללות הרי זה
זומר כדרכו וכשם שכורת
האשכולות כך כורת
העוללות:

כה: כותי שמכר כרמו
לישראל לבצור חייב
בעוללות. ישראל וכותי
שהיו שותפים בכרם חלקו
של ישראל חייב ושל כותי
פטור:

כו. בן לוי שנתנו לו
מעשר טבל ומצא בו
עוללות נותנן לעני: ואם
נקרצה עם האשכול יש לו
לעשות תרומת מעשר על
מקום אחר:

כז. מי שהיו לו חמש גפנים
ובצרם לתוך ביתו. אם

tarius donec illi *ad uvas deciduas & racemulos* jus habeant? *Resp.* Tres botros, si modo faciant (19) Rebiitam *vini*.

XXIII. Si quis consecret vineam suam, cum nondum appareant racemuli, illi racemuli ad pauperes non pertinent; sed si consecret, cum jam apparuerint racemuli, illi racemuli pertinent ad pauperes, (20) illique dabunt pretium incrementi Sanctuario.

XXIV. Si quis surculos amputet à vite sua, postquam apparuerint racemuli; ecce ille amputet juxta morem solitum, (21) & tum sicut sunt amputata botrorum, sic sunt amputata racemulorum.

XXV. Si Gentilis vendiderit vineam suam Israelitæ vindemiandam, *ista vinea* obligatur ad racemulos *pauperibus relinquendos*: Si Israelita & Gentilis vineæ simul participes fuerint, pars quæ ad Israelitam pertinet ad racemulos obligatur; quæ vero ad Gentilem, est libera.

XXVI. Levita, si dederint ei decimas (22) è fructibus nondum ad decimationem paratis, isque invenerit in iis racemulos, dabit pauperibus; sed si *illi racemuli* amputati fuissent cum botro, licet *eos sibi reservare, & ex illis* facere (23) Trumam Decimarum pro *decimis ex* alio loco *acceptis*.

XXVII. Si quis habuerit quinque vites, & vindemiet illas pro

domo ſua, ſi hoc faciat ut uvas edat, liber eſt à lege de uvis deciduis, de re oblivione relicta, de angulo, (24) & de anno quarto, ſed obligatur ad racemulos; ſi vero vindemiet eas, ut faciat vinum, obligatur ad omnia, niſi partem earum reſiduam fecerit.

לאוכלן ענבים פטור מן הפרט ומן השכחה ומן הפאה ומן הרביעי. וחייב בעוללות׃ אם בצרן לעשות יין חייב בכל אלא אם כן שייר מקצתן׃

Notæ ad Cap. IV.

1. i.e. Nihil eſt ſpicilegium, niſi quod cadit vel è manu, vel è falce meſſoris eo tempore quo metit.

2. i.e. Si ea ſpica non poſſit demeti cum ſegete eodem falcis ictu, nec cum ea ſpica intermedia, quæ poteſt demeti cum ſegete, reputatur pro ſpicilegio, licet nondum demetatur, & pertinet ad pauperes.

3. De Cabo & Coro vide Not. 2. ad cap. 3.

4. i.e. Omnes ſpicæ ex eo acervo, quæ non aliis ſpicis, ſed proxime ipſi terræ incumbunt; eas enim, quæ aliis ſpicis incumbunt, ſatis conſtat non eſſe ſpicilegium, ſed de iis, quæ proxime terræ incumbunt, dubium eſt.

5. Tam cauti erant Judæi, ne pauperes fraudarent, ut potius iis cederent de jure ſuo, quam aliquid detinerent, quod ad eos videbatur pertinere; ſi igitur dubium unquam extitiſſet de aliqua portione fructuum terræ, è quibus dona pauperum ſeparanda erant, an ſcilicet ad proprietarium, an ad pauperes pertinebat, proprietarius illam ſtatim ſeparabat pro pauperibus, ſatiuſque putabat illud omnino amittere, quod forſan ſuum erat, quam cum de eo dubium ſit, ſibi reſervando periculum incurrere pauperes fraudandi; & hoc faciebant ex ſtatutis ſapientum, qui hanc regulam ut tutiſſimam omnibus præſcribebant obſervandam, ejuſque aliquod fundamentum eſſe in ſacris ſcripturis dicunt; Legitur enim de pauperum donis Levit. 19. v. 10. *derelinques ea* i.e. dicunt illi *dabis pauperibus ex eo quod tuum eſt*, atque ideo ſi dubium incidat de aliqua re an pauperum an proprietarii ſit, licet pauperes ad illam revera jus non habeant, tenetur tamen proprietarius iis cedere, quoniam iſte jubetur pauperibus dare ex eo quod ſuum eſt.

6. i.e. Cum incertus hæreat, quænam illa ſpica in acervo ſit, quæ verum

verum est spicilegium, ne pro ea separet unam è suis, quæ ad decimas obligatur, & sic violet præceptum, quo tenetur ex omnibus fructibus suis decimas separare pro Levitis, sumet ex acervo duas spicas, & cum unam earum dedisset pro decimis alterius, illam alteram dabit pauperibus pro ea, quæ acervo commista fuit; vide Misn. in tractatu Peah Cap. 5. Sect. 2.

7. Quia tum spicilegium esset pars mercedis operarii, ipseque proprietarius commodum acciperet à spicilegio agri sui, quod prohibetur supra cap. 1. Sect. 8.

8. ארים *Aris* colonus est, qui agrum colit curatque pro certa parte proventus, sive tertiâ, sive quarta, sive alia, ipso proprietario omnes impensas erogante.

9. חכיר *Chachir* colonus est, qui conducit agrum à proprietario pro certa portione fructuum, quam ei ex pacto tenetur dare, sive aliquod lucrum fecerit, sive non.

10. i. e. Qui segetem in agro suo eo anno productam alii vendidit; infra autem indicatur cap. 6. Sect. 16. quod ipse non possit spicilegium colligere, nisi præter segetem ipsum etiam solum vendiderit, nihilque aliud residuum habeat, quo minus pauper sit.

11. Ipse autem operarius, qui hanc conditionem pactus est, non potest spicilegium colligere, nisi in eo solo casu, qui infra narratur cap. 6 Sect. 15.

12. Sensus loci est; si quis velit agrum suum cum spicilegio, quod in eo est, publici juris facere, ita ut omnes in universum homines veniant, & fruges sibi arripiant, si nondum majorem agri partem demessuerit, licitum est ei hoc facere, quia nondum maxima spicilegii pars istius agri in terram decidit; sed si majorem agri partem demessuerit, non potest agrum suum cum spicilegio, quod in eo est, publici juris facere; quoniam cum jam maxima pars spicilegii istius agri in terram deciderit, pauperes ad illud incipiunt jus habere, proprietarius autem non potest publicare quod pauperum est.

13. Vox כתף *Ceteph* proprie significat humerum, ad botrum autem applicata significat scapum illum in medio botri, è quo prodeunt undique minores botri, & sibi invicem incumbunt, sicut onus in humerum humanum, de ea sic dicit Bartenora in Com. ad Peah cap. 7. Sect. 4. כתף השרביט האמצעי של האשכול מחוברים בו אשכולות קטנות הרבה וכשהן שוכבין זה על זה כמשאוי שעל כתפו של אדם הוא נקרא כתף. וכשהן מפוזרין בשרביט אחד לכאן ואחד לכאן אין כאן כתף i. e. *Ceteph est scapus in medio botri, cui conjuncti sunt multi minutiores botri; & cum incubent unus supra alium sicut onus in humerum humanum, tunc vocatur Ceteph, sed si in scapo segregati sint à seinvicem, tum non est Ceteph*, cui simile etiam Maimonides in Com. ad eundem locum, qui ibi de voce כתף sic scribit כתף הוא שיצאו מן האשכול שריגים

דקים

רקים מלאים ענב *Ceteph est, cum prodeant è botro ramuli minutiores pleni uvarum.* *Ceteph* igitur est, cum è ſcapo botri undique prodeant minutiores botri uvarum pleni, ſibique invicem ita incumbant, ut nullum inter eos ſpacium vacuum ſit; cum enim ei botri minutiores à ſeinvicem in ſcapo ſegregentur, non eſt *Ceteph.*

14. Vox נטף *Neteph* proprie eſt *ſtillicidium* à נטף *ſtillare, diſtillare*, hic autem ſignificat botrum, cum ſcilicet minutiores illius botri, qui è ſcapo undeque prodeuntes faciunt Ceteph, ſibiinvicem incumbentes ita deſcendant in ſcapo paulatim decreſcendo unus infra alium, donec tandem omnes conjunguntur in fine botri, ipſeque botrus figuram exhibet ſtiriæ pendulæ, ſeu coni inverſi; & ſic vocem explicat Bartenora in Com. ad Peah cap. 7. Sect. 4. ibi enim de ea ſic dicit נטף הם גרגירים של ענבים המחוברים בסוף השרביט שרגילים להיות תלויים שם ענבים הרבה ועל שם שענביו נוטפות למטה נקרא נטף i. e *Neteph eſt cum baccæ uvarum conjungantur in fine ſcapi; nam ſolent ibi dependere multæ uvæ, & propterea quod uvæ diſtillent deorſum, dicitur* Neteph, ſcilicet à נטף Nataph *diſtillavit.*

15. i. e Licet botrus habeat nec *Ceteph*, nec *Neteph*, ſi tamen tam magnus ſit, ut non poſſit totus in palma manus comprehendi, non eſt racemulus, ſed pertinet ad proprietarium.

16. i. e. In eo loco ubi ſurculus, cui appendet botrus, adhæreſcit ramo vitis.

17. Levit. 19. v. 10.

18. Deut 24. v. 21.

19. Rebiita eſt quarta pars Logi, de quo vide Not. 2. ad Cap. 3.

20. Tantum enim racemulorum, quantum in vinea erat ante conſecrationem pertinet ad pauperes, omne autem incrementum eorum, quod deinde acceperunt poſt conſecrationem, ſacrum eſt; in iiſdem igitur uvis erat portio pauperis & portio Sanctuarii, quas quum à ſeinvicim diſtinguere omnino impoſſibile eſſet, ſtatutum fuit, ut pauperes ſibi eos racemulos arriperent, & Sanctuarium ab iis acciperet pretium incrementi, quod racemuli accipiebant, poſtquam vinea conſecrata fuerat.

21. i. e. Æque licitum eſt ei amputare racemulos ac botros ſuos; ſi vero non indifferenter amputet juxta morem ſolitum, ſed abſcindat racemulos, & parcat botris ſuis, violat præceptum.

22. Decimæ apud Judæos tunc deberi inceperant è frugibus terræ, cum omne opus circa eos perfectum fuiſſet, quo parati redderentur ad uſus humanos; quod tum fieri dicebatur circa fruges, cum trituratæ & ventilatæ; circa oleas, cum in oleum; & circa uvas, cum in vinum elaboratæ fuiſſent; hoc autem opere perfecto incumbebat proprietario obligatio ſeparandi primo Trumam, & deinde Decimas eo ordine quo infra in initio ſexti capitis explicatur; fructuſq; tunc incipiebant vocari פירות הנגמרים i. e. *fructus perfecti*; priuſquam vero ſic perfecti & elaborati eſſent, vocabantur טבל *Tabal*, uti hic in noſtro Authore, atque ideo

ideo vocem reddo *fructus ad decimas nondum paratos*; ex iis solis racemuli poterant dari Levitæ pro decimis; si enim proprietarius voluerit, decimas è fructibus vineæ poterat detinere, donec eos in mustum elaborasset; sed si vellet prius dare, & Levita vellet accipere, indicat hæc constitutio, quid de Racemulis, qui forte inter eas decimas invenirentur, debuerat fieri.

23. Infra indicatur cap. 6. duplicem esse Trumam, Trumam scilicet magnam, & Trumam decimarum; prior ex omnibus fructibus terræ ante decimationem ab ipsis proprietariis pro sacerdotibus separabatur, de qua vide supra Not. 23. ad cap. 1. Posterior erat decima pars decimarum etiam sacerdotibus data; Levitæ enim ex omnibus decimis primis, quas accipiebant, tenebantur decimam partem separare & dare sacerdotibus: vide infra cap. 6. Sect. 6.

24. i. e. Ab obligatione, qua tenetur fructus, quos collegerit ab arbore anno quarto post plantationem illius, separare ut comedat Hierosolymis; post arboris enim plantationem fructus trium annorum illiciti fuerat, & non omnino edi debuerat, quarto autem anno fructus sacer erat, & debuerat Hierosolymis comedi coram Deo eodem modo quo decimæ secundæ; vide Levit. c. 19. vv. 23, 24, 25. & Maim. in tractatu de decimis secundis & planta anni quarti.

CAP. V.

I. QUoad manipulum, si illius obliti sint operarii, non autem oblitus est proprietarius agri; si illius oblitus sit proprietarius agri, non autem obliti sunt operarii; si illius obliti sint & hi & ille, sint autem ibi alii, qui transeunt, & vident eos, quo tempore illius obliti sunt, non est res oblivione relicta, *Manipulus enim non reputatur pro re oblivione relicta*, donec illius obliti sunt omnes homines; & etiamsi manipulus absçondatur, si *tamen* ex oblivione relinquatur, ecce ille est res oblivione relicta.

II. Si proprietarius agri fuerit in civitate, & dixerit cognosco, quod operarii obliti sint manipuli, qui est in loco *N.* iique illius obliti sint, ecce ille *nihilominus* est res oblivione relicta; sed si fuerit in agro, & sic dixerit, & *operarij* illius obliti sint, non est res oblivione relicta; nam (1) illud *tantum* quod in agro ab initio ex oblivione negligitur *ab omnibus hominibus*, est res oblivione relicta; quin in civitate etiamsi in memoria habeatur, si *tamen* postremo ex oblivione negligatur, ecce ille est res oblivione relicta, nam dicitur (2) *si oblitus fueris manipuli in agro,* non autem in civitate.

פרק חמישי

א העומר ששכחוהו פועלים ולא שכחו בעל השדה: שכחו בעל השדה ולא שכחוהו פועלים. שכחוהו אלו ואלו והיו שם אחרים עוברין ורואין אותן בעת ששכחוהו אינה שכחה עד שישכחהו כל אדם׳ ואפילו עומר הטמון אם נשכח הרי זה שכחה:

ב. היה בעל השדה בעיר ואמר יודע אני שהפועלים שכחו עומר שבמקום פלוני ושכחוהו הרי זה שכחה: ואם היה בשדה ואמר כן ושכחוהו אינו שכחה שהשכוח מעיקרו בשדה הוא השכחה. אבל בעיר אפילו זכור ולבסוף שכוח הרי זו שכחה שנאמר ושכחת עומר בשדה ולא בעיר:

III. Si

ג. עמדו העניים בפניו או חפוהו בקש והוא זוכר את הקש או שהחזיק בו להוליכו לעיר והניחו בשדה ושכחו אינה שכחה: אפילו אם נטלו ממקום למקום. אף על פי שהניחו סמוך לגפה או לגדיש או לבקר או לכלים ושכחו הרי זה שכחה:

III. Si pauperes steterint ante manipulum, vel occultaverint eum in stramine, & proprietarius agri reminiscatur straminis, vel si (3) ille manu occupaverit eum, ut asportaret in civitatem, & in agro deposuerit, illiusque oblitus sit, non est res oblivione relicta; sed si transportaverit eum à loco ad locum, etiamsi deposuerit juxta cribrum, vel juxta acervum, vel juxta jumentum, vel juxta instrumenta, & illius oblitus sit, ecce ille est res oblivione relicta.

ד. נטל עומר להוליכו לעיר והניחו על גבי חבירו ושכח את שניהן. אם זכר העליון קודם שיפגע בו אין התחתון שכחה. ואם לאו התחתון שכחה:

IV. Si quis sustulerit manipulum, ut portaret in civitatem, & deposuerit supra alium manipulum, (4) amborumque oblitus fuerit; si recordatus sit superioris, priusquam illum *iterum* offenderit, inferior non est res oblivione relicta, sin minus inferior est res oblivione relicta.

ה. עפו עמריו ברוח חזקה לתוך שדה חבירו ושכח שם עומר אינו שכחה שנאמר קצירך בשדך. אבל אם פזר העמרים בתוך שדהו ושכח הרי זו שכחה:

V. Si alicujus manipuli vento violento acti avolaverint in agrum proximi ejus, ibique ille manipuli oblitus fuerit, non est res oblivione relicta; nam dictum est, [*cum demetas*] *messem tuam in agro tuo*; sed si ventus disperserit manipulos in proprio agro, & *manipuli* oblitus fuerit, ecce ille est res oblivione relicta.

ו. הנוטל עומר ראשון ושני ושלישי ושכח הרביעי אם היה שם ששי אין ברביעי שכחה עד שיטול

VI. Si quis sustulerit manipulum primum, & secundum, & tertium, & oblitus fuerit quarti, si ibi essent sex manipuli, quartus non erit res oblivione relicta, donec sustulerit

tulerit quintum; sed si essent tantum quinque, cum moratus sit tantum tempus, *quantum sufficeret*, ut etiam tolleret quintum, ecce quartus est res oblivione relicta.

VII. Si duo manipuli *in alicujus agro jaceant* sibiinvicem permisti, iisque unius eorum oblitus sit, non est res oblivione relicta, donec sustulerit omnia, quæ circumcirca sunt.

VIII. Quoad porra, allia, & cepas, & his similia, etiamsi in terra abscondita sint, in iis *tamen locum habet* lex de re oblivione relicta. Si quis nocte metat & oblitus sit segetis, vel si nocte in manipulos colligat, & manipuli oblitus sit; & sic etiam si cæcus *segetis vel manipuli* oblitus sit, ecce in iis *locum habet* lex de re oblivione relicta. Sed si cæcus, vel qui nocte metit propositum habeat auferre spicas præstantiores, in iis lex de re oblivione relicta *locum* non *habet*. Quicunque dicit, ecce ego metam sub hac conditione, ut auferam cujuscunque oblitus fuerim, tenetur *nihilominus* lege de re oblivione relicta, quoniam omne pactum, quod est contra illud quod in lege scribitur, irritum est.

IX. Si quis ad cibandas bestias suas fruges demetat, priusquam maturuerint; itemque si demetat eas per fasciculos parvos, & non faciat in manipulos; itemque si e-

החמישי. ואם היו חמשה בלבד משישהא כדי ליטול החמישי הדי הרביעי שכחה:

ז. שני עמרים מעורבבין ושכח אחד מהן אינדה שכחה עד שיטול את כל סביבותיו:

ח. הלוף והשום והבצלים וכיוצא בהם אף על פי שהן טמונין בארץ יש להן שכחה. הקוצר בלילה ושכח קמה. או שעמר בלילה ושכח עומר. וכן הסומא ששכח יש להן שכחה. ואם היה הסומא או הקוצר בלילה מתכוין ליטול את הגס אין לו שכחה. וכל האומר הריני קוצר על מנת מה שאני שוכח אני אטול יש לו שכחה שכל המתנה על מה שכתוב בתורה תנאו בטל:

ט. תבואה שקצרה עד שלא נגמרה להאכילה לבהמה. וכן אם קצרה אגודות קטנות ולא עשאה עמרים. וכן השומים

vel-

והבצלים שתלשן אגודות קטנות להמכר לשוק ולא עשאן עומרים להעמיד מהן גורן אין להם שכחה:

י. הקוצר שהתחיל לקצור מראש השורה ושכח לפניו ולאחריו· של אחריו שכחה ושלפניו אינו שכחה שנאמר לא תשוב לקחתו אינו שכחה עד שיעבור כמנו ויניחנו לאחריו:

יא שנים שהתחילו לקצור מאמצע השורה זה פניו לצפון וזה פניו לדרום ושכחו לפניהן ולאחריהן שלפניהם שכחה· מפני שכל אחד מהן זה שלפניו הוא לאחוריו של חבירו· והעומר ששכחוהו לאחריהן במקום שהתחילו ממנו· אינו שכחה· מפני שהוא מעורב עם השורות שמן המזרח למערב והן מוכיחין עליו שאינו שכוח· וכן השורות של עמרים שפינו אותו לגורן· והתחילו שנים מאמצע שורה ושכחו עומר באמצע בין אחריהן

vellat allia vel cepas per fasciculos parvos, ut vendat in foro, & non faciat in manipulos, ut ponat in horreo, in iis Lex de re oblivione relicta *locum* non *habet*.

X. Si qui metit incipiat demetere ab initio ordinis, & oblitus sit *alicujus partis* & ante se & post se; illud, cujus oblitus est post se, est res oblivione relicta; sed cujus oblitus est ante se, non est res oblivione relicta; cum enim dictum sit, (5) *non reverteris ad accipiendum illum*; nihil est res oblivione relicta, donec transiit ab eo, & reliquit illud à tergo suo.

XI. Si duo inceperint demetere à medio ordinis, unus scilicet versus septentrionem, & alter versus austrum, & obliti sint eorum, quæ sunt ante se & quæ sunt post se, illud cujus obliti sunt ante se etiam est res oblivione relicta, quoniam quod uterque eorum habet ante se, est à tergo socii illius; (6) manipulus autem cujus illi obliti sunt post se in loco unde metere inceperant non est res oblivione relicta, quoniam permistus est illis ordinibus, qui sunt ab oriente versus occidentem, illique arguunt pro eo, quod non sit res oblivione relicta; & sic in ordinibus manipulorum cum deportent eos in horreum, si duo inceperint à medio ordinis, & obliti fuerint manipuli in medio inter utrosque à tergo, non est res oblivione relicta, quoniam est in medio ordinis, qui est ab oc-

 cidente

cidente versus orientem, è quo nondum inceperunt *manipulos deportare*, illeque arguit pro eo, quod non sit oblivione relictus.

XII. Si quis metat, & colligat in multos fasciculos, iique fasciculi vocentur manipuli, isque removeat eos à uno loco in alium locum, & à loco secundo in locum tertium, & deinde à loco tertio in horreum, & oblitus sit manipuli, quo tempore removebat à loco ad locum, (7) si removerit manipulos ad locum ubi perficit opus *circa eos*, & illius oblitus fuerit, in eo *locum habet* lex de re oblivione relicta; sed *si illius oblitus fuerit*, cum removerit manipulos à loco ubi perfecit opus *circa eos* ad horreum, in eo *locum* non *habet* lex de re oblivione relictà; sed si removerit manipulos ad locum ubi non perficit opus *circa eos*, & *manipuli* oblitus sit, in eo *locum non habet* lex de re oblivione relicta. Sed *si illius oblitus fuerit*, cum removerit *manipulos* à loco, ubi non perfecit opus *circa eos* ad horreum, in eo *locum habet* lex de re oblivione relicta.

XIII. Quis est locus ille ubi perficit opus *circa manipulos*? *Resp.* Hic locus est ubi propositum habet simul colligere omnes manipulos & triturare, vel *locus ubi propositum habet* deportare eos ut faciat in acervum, (8) qui est horreum; & locus ubi non perficit opus *circa eos* is locus

איני שכחה מפני שהוא בא מצע השורה שמן מערב למזרח שעדין לא התחילו בה והיא מוכחת עליו שאינו שכוח:

יב׳ הקוצר ואלם אלומות אלומות ופינה האלומות והן הנקראין עמרים ממקום זה למקום אחר׳ וממקום השני למקום השלישי וממקום השלישי לגורן ושכח העומר בשעה שפנה ממקום למקום אם פינה העמרים למקום שהוא גמר מלאכה ושכחה יש לו שכחה׳ וכשיפנה ממקום שהוא גמר מלאכה לגורן אין לו שכחה׳ ואם פינה העמרים למקום שאינו גמר מלאכה ושכח אינו שכחה׳ וכשיפנה ממקום שאינו גמר מלאכה לגורן יש לו שכחה:

יג׳ אי זהו מקום שהוא גמר מלאכה׳ זה מקום שרעתו לקבץ כל העומרין שם ולדוש אותן שם או להוליכן שם למקום גריש שהוא הגורן׳ ומקום

est

שאינו גמר מלאכה הוא המקום שמקבצין בו העומרים כדי לעשות מהן אלומות גדולות כדי להוליכן למקום אחר:

est in quem colligunt manipulos, ut faciant ex iis fasciculos majores, quo *melius* deportent in alium locum.

יד שתי כריכות המובדלות זו מזו שכחה ושלש אינן שכחה שני עומרים המובדלין זה מזה שכחה ושלשה אינן שכחה:

XIV. Duo fasciculi separati à se invicim sunt res oblivione relictæ, tres autem non sunt res oblivione relictæ: Duo manipuli separati à se invicim sunt res oblivione relictæ, tres autem non sunt res oblivione relictæ.

טו שני ציבורי זתים וחרובין המובדלין זה מזה שכחה ושלשה אינם שכחה שני חוצני פשתן שכחה ושלשה אינם שכחה:

XV. Duo acervi olearum vel siliquarum separati à se invicim sunt res oblivione relictæ, tres autem non sunt res oblivione relictæ: Duo fasciculi lini viridis sunt res oblivione relictæ, tres autem non sunt res oblivione relictæ.

יו שתי גפנות וכן בשאר האילנות שנים המובדלין זה מזה שכחה ושלשה אינן שכחה שנאמר לעני ולגר תעזוב אותם אפילו היו שנים אחד לעני ואחד לגר:

XVI. Duæ vites, & sic etiam in aliis arboribus duæ earum à se invicim separatæ sunt res oblivione relictæ, tres autem non sunt res oblivione relictæ; nam dictum est *Pauperi & peregrino derelinques eas*, i. e. licet duæ sint, unam scilicet pro paupere & alteram pro peregrino.

יז היו כל העומרים של קב קב ואחד של ארבע קבין ושכחו הרי זה שכחה יתר על הארבעה אינו שכחה וכן אם היו של שני

XVII. Si singuli manipuli contineant Cabum seminis, & unus sit *inter eos*, qui continet quatuor Cabos, si *quis* illius oblitus sit, ecce est res oblivione relicta; si plus contineat quam quatuor Cabos non est

 res

res oblivione relicta ; & ſic ſi ſinguli manipuli contineant duos Cabos, & unus ſit *inter eos* qui continet pluſquam octo Cabos, non eſt res oblivione relicta.

XVIII. Si manipulus ſit, qui continet duas Seas ſeminis, & *aliquis* illius oblitus ſit, non eſt res oblivione relicta (nam dictum eſt *ſi in agro oblitus ſis manipuli,* non autem acervi) licet *reliqui etiam* omnes manipuli contineant duas Seas ; ſed ſi oblitus ſit duorum manipulorum, licet duo illi ſimul contineant duas Seas, ecce *illi nihilominus* ſunt res oblivione relictæ ; itemque videtur mihi, quod illi ſunt res oblivione relictæ, etiamſi in duobus iſtis plus ſit quam duæ Seæ ſeminis.

XIX. Si quis ſegetis oblitus ſit, in quâ ſunt duæ Seæ ſeminis, non eſt res oblivione relicta; ſi vero non ſint in ea duæ Seæ ſeminis, conſiderent ſpicas tenues, ac ſi eſſent craſſæ & longæ, & ſpicas uredine tactas, ac ſi eſſent plenæ, & *deinde* ſi ſufficiens ſit eſſe ſeges ejuſdem *quantitatis cum ea, quæ produxit duas Seas,* judicabunt quod *ipſa etiam* poteſt reddere duas Seas, atque *ideo* ſi ex oblivione neglecta ſit non eſt res oblivione relicta.

XX. Si quis oblitus ſit Seæ frugis avulſæ, & Seæ frugis non avulſæ, (9) non ſimul conjunget eas, ſed utræque erunt res oblivione relictæ; & ſic *ſe res habet* in alliis, & cepis, & fructibus arborum, ſi aliquis oblitus

שני קבין ואחד יתר על שמנת קבין אינו שכחה:

יח העומר שיש בו סאתים ושכחו אינו שכחה שנאמר ושכחת עומר בשדה ולא גדיש אף על פי שכולן סאתים סאתים. שכח שני עמרים אף על פי שיש בשניהן סאתים הרי אלו שכחה וכן יראה לי שהן שכחה אפילו היה בשניהן יתר מסאתים:

יט קמה שיש בה סאתים ושכחה אינה שכחה. אין בה סאתים רואין את השבולות הדקות כאלו הן בריאות וארוכות ואת השדופות כאלו הן מלאות ואם היתה ראויה להיות קמה אחת אומרין זה לעשות סאתים ושכחה אינה שכחה:

כ שכח סאה תבואה עקורה וסאה שאינה עקורה אינן מצטרפים ושניהם שכחה וכן בשום ובבצלים

ſit

ובפירות האילן אם שכח מקצתן בקרקע ומקצתן תלוש ובשניהן סאתים אינן מצטרפין אלא שניהם שכחה:

כא׳ השוכח עומר בצד הקמה שאינה שכוחה אינה שכחה שנאמר כי תקצור ושכחת עומר עומר שסביבותיו קציר שכחה אבל עומר שסביבותיו קמה אינה שכחה וכן אם שכח קמה בצד קמה שאינה שכוחה אפילו קלח אחד הרי זו מצלת את השכוחה ויהיה מותר לקחתה אבל אם שכח עומר או קמה בצד עומר שאינו שכוח אפילו היה בו סאתים אינו מציל אותה והרי השכוח לעניים אין קמת חבירו מצלת על עומר שלו ואין קמת שעורים מצלת על עומר חטים עד שתהיה הקמה ממין העומר:

כב השוכח אילן בין האילנות אפילו היה בו

fit partis eorum in solo, & partis eorum è *solo* evulsæ, & in utrisque iis sint duæ Seæ, non simul conjunget eas, sed utræque erunt res oblivione relictæ.

XXI. Si quis oblitus sit manipuli juxta segetem, quæ non ex oblivione relinquitur, ille non est res oblivione relicta; nam dicitur (10) *cum messueris, & manipuli oblitus fueris*, &c. *Si quis oblitus sit* manipuli, qui circumcirca habet fruges demessas, ille est res oblivione relicta; manipulus autem, qui circumcirca habet segetem, non est res oblivione relicta; & sic si quis oblitus sit segetis juxta segetem, quæ non ex oblivione relicta fuit, etiamsi sit tantum una spica, ecce illa liberat quod ex oblivione neglectum fuerat, & licitum est *proprietario* illud sibi sumere; sed si quis oblitus sit manipuli vel segetis juxta manipulum, qui non est ex oblivione relictus, etiamsi in eo sint duæ Seæ seminis, ille tamen non liberat eam, quin ecce quod ex oblivione relictum fuit *erit* pro pauperibus. Proximi seges nullius manipulum liberat, *qui est juxta eam*, nec seges hordei liberat manipulum tritici, *qui est juxta eam, nec ulla seges unquam liberat manipulum*, nisi cum seges ejusdem speciei sit cum manipulo.

XXII. Si quis oblitus sit arboris, etiamsi in ea sint aliquot Seæ fructuum, vel si oblitus sit duarum arborum,

borum, ecce illæ sunt res oblivione relictæ; si vero trium oblitus sit, non sunt res oblivione relictæ.

XXIII. In quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum arbor non sit nota, nec insignita ob locum, uti ea arbor est, quæ stat prope torculare, vel prope rupturam parietis; nec insignita sit productionibus suis, uti ea oliva est, quæ producit multas oleas; nec insignita sit ob nomen *ei inditum*; uti ea est, quæ habet nomen notum, exempli gratiâ si plantata sit inter olivas oliva quæ *nomen habet quod* producit multum oleum, vel oliva (11) Shapacnensis, vel oliva (11) Basanensis: sed si fuerit in ea una ex his tribus rebus, non erit res oblivione relicta, nam dictum est (12) *si oblitus fueris manipuli in agro*, i. e. manipuli cujus oblitus sis in perpetuum, ita ut nullam *omnino* de eo habeas notitiam, nisi *forte* revertaris & videas eum; ille autem cujus tu reminiscaris postea, licet ad illum non pervenias, liberatur; quoniam is notus, & insignitus est.

XXIV. Si *alicui arbor sit* insigniter notata in mente ejus, ecce ea est sicut arbor insignita, & nota; si stet prope Dactylum, Dactylus eam reddit insigniter notatam; si duæ sint Olivæ (13) Netophææ juxta se invicem stantes se invicem red-

במה שאין פירות או ששכח שני אילנות הרי הן שכחה שלשה אינה שכחה:

כג: במה דברים אמורים באילן שאינו ידוע ומפורסם במקום כגון שהיה עומד בצד הגת או בצד הפרצה או במעשיו כגון שהיה עושה זתים הרבה או בשמו כגון שהיה לו שם ידוע כגון זית הנטועה בין הזתים שהוא נוטף שמן הרבה או השפכני או הבשני: אבל אם היה בו אחד משלשה דברים אלו אינו שכחה שנאמר ושכחת עומר בשדה עומר שאתה שוכחו לעולם ואין אתה יודע בו אלא אם תשוב ותראהו יצא זו שאתה זוכרו לאחר זמן ואף על פי שלא תפגע בו מפני שהוא ידוע ומפורסם:

כד: היה מסיים בדעתו הרי זה כמפורסם וידוע היה עומד בצד הדקל מסיימו היו שניהן זיתי נטופה זה מסיים את זה:

dunt

היתה כל שדהו זית נטופה ושכח אחת מהן או שתים יש לו שכחה׃ במה דברים אמורים שלא התחיל באילן זה המפורסם׃ אבל אם התחיל בו ושכח מקצתו הרי זה שכחה׃ ואף על פי שהוא מפורסם׃ והוא שיהיה הנשאר בו פחות מסאתים׃ אבל סאתים אינו שכחה אלא אם כן שכח כל האילן כמו שבארנו:

כה זית העומד באמצע השורות לבדו ושלש שורות של זתים מקיפין אותו משלש רוחותיו אף על פי שאין בכל שורה מהן אלא שני זתים שכח את האמצעי אינו שכחה׃ שהרי השורות הסתירוהו׃ ולמה אמרו זית בלבד מפני שהיה חשוב בארץ ישראל באותו הזמן:

כו׳ איזהו שכחה בעמרים׃ כל שאינו יכול לפשוט את ידו וליטלה׃ ובכרם משיעבור מן הגפן ומן הגפנים וישכח אותה בדלית׃ ובדקל משירד׃

dunt insigniter notatas; si totus *alicujus* ager *repleatur solis* olivis Netophæis, & is oblitus sit unius vel duarum ex iis, lex de re oblivione relicta in iis *locum habet*. In quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum non inceperit *fructus colligere* istius arboris, quæ insignita est; sed si inceperit *colligere* in eâ, partisque illius oblitus fuerit, ecce ea est res oblivione relicta, licet arbor insignita sit, si modo fructus relictus minoris quantitatis sit quam duarum Searum; sed si duæ Seæ *fructuum relinquantur* non est res oblivione relicta, nisi sic oblitus sit totius arboris, sicut explicavimus.

XXV. Si oliva stet in medio ordinum sola, (14) & tres ordines olivarum circumeant eam à tribus plagis illius, licet non sint in singulis eorum ordinum plures quam duæ olivæ, si aliquis oblitus sit istius olivæ in medio, non est res oblivione relicta, nam ecce ordines abscondunt illam. (15) Sed quare dixerunt solum, *quod* oliva *non sit res oblivione relicta*? *Resp.* Quia ea illis temporibus rara erat in terra Israëlis.

XXVII. Quid est res oblivione relicta in manipulis? *Resp.* Omnis *manipulus cujus aliquis oblitus sit, & tam procul ab eo transiit,* ut non possit ad illum manum suam extendere, & *sibi iterum* sumere. In vinea autem *fructus est res oblivione relicta,* cum *qui colligit* transiit à vite vel à vitibus,

bus, & illius oblitus ſit in arbore. In Dactylo vero *fructus eſt res oblivione relicta*, cum *qui colligit* deſcendat ab ea; in omnibus vero aliis arboribus *fructus eſt res oblivione relicta*, cum *qui colligit* convertat ſemetipſum & decedat ab iis. In quo caſu dicta ſunt hæc? *Reſp.* Cum nemo inceperit ab iis *fructus colligere*, ſed ſi quis inceperit *ab aliqua earum fructus colligere*, illiusque oblitus ſit, non eſt res oblivione relicta, donec collegerit *fructus omnium arborum*, quæ circumcirca ſunt.

XXVII. Si quis publicet vineam ſuam, & ſurgat mane, ut jus acquirat ad eam pro ſemetipſo, & vindemiet eam, obligatur ad uvas deciduas, & racemulos, & rem oblivione relictam, & angulum; nam ecce agrum tuum, & vineam tuam *de quibus in ſacris ſcripturis dicitur*, ego intelligo *de eo agro, & de ea vinea*, quæ eſt alicujus propria, ecce autem hæc *vinea* illius propria eſt. Sed ſi jus acquirat *ad aliquid* ex iis quæ publica fiunt in agro aliorum, ecce illud liberum eſt ab omnibus; ſed ſive in hoc caſu ſive in illo caſu illud à decimis liberum eſt, ſicut explicavimus.

הימני ושאר כל האילנות משיפנה וילך לו במה דברים אמורים שלא התחילו בו אבל אם התחיל בו ושכחו אינו שכחה עד שיבציר את כל סביביו:

כז׳ המפקיר ארח כרמו והשכים בבקר וזכה בו לעצמו ובצרו חייב בפרט ובעוללות ובשכחה ובפאה שהרי שדך וכרמך אני קורא בו מפני שהיה שלו והרי הוא שלו אבל אם זכה מן ההפקר בשדה של אחרים הרי הוא פטור מן הכל ובין כך ובין כך פטור מן המעשרות כמו שיתבאר:

Notæ ad Cap. V.

1\. Quod ab eo tempore, quo primo ab operario relictum fuit, ex oblivione relictum fuit; ſi enim manipulus non ex oblivione relinquitur eo tempore, quo primo relinquitur, non eſt res oblivione relicta, licet tandem nemo in agro ſit, qui illius reminiſcatur & ſic Tal. Bab. in tractatu Bava Metzia fol. 11. col. 1. בשרת שכות מעיקרו הוי שכחה זכור ולבסוף ע כוח אין שכחה i. e. *Quod in agro ab initio* ex

ex oblivione negligitur est res oblivione relicta; *sed si primo in memoria habeatur, & postea ex oblivione negligatur, non est res oblivione relicta*; quod non tantum intelligendum est de operario, qui reliquit manipulum, sed etiam de omnibus aliis, qui in agro sunt; requiritur enim ad rem oblivione relictam non tantum ut operarius, qui eam in agro reliquit, illius ab eo tempore, quo primo reliquit, obliviscatur, sed ut omnes homines, qui sunt in agro, illius etiam ab eodem tempore simul obliviscantur; nam si operarius reminiscatur manipuli, cum primo relinquat, licet postea illius oblitus sit, non est res oblivione relicta; & licet ille oblitus sit, cum primo reliquerit, non tamen est res oblivione relicta, nisi omnes, qui sunt in agro, illius etiam obliti sint, & ab eodem tempore; Illud enim quod dicitur in sectione præcedente, *manipulus non reputatur pro re oblivione relicta, donec illius obliti sint omnes homines*, non intelligendum est, nisi cum illius omnes simul ab eodem tempore, quo primo relictus fuerat, obliviscantur; si enim nonnulli primo & alii non nisi postea manipuli obliviscantur, licet omnes tandem illius obliti fuerint, non tamen est res oblivione relicta, quia ii qui primo illius non obliti fuerunt, liberant eum, ita ut non sit res oblivione relicta. Sed hæc non tenent extra agrum; nam in civitate licet proprietarius, vel aliquis alius reminiscatur manipuli eo ipso tempore, quo ab operariis in agro ex oblivione relictus fuerat, nihilominus est res oblivione relicta; dicitur enim, *si manipuli oblitus sis in agro*, Deut. 24. 19; respicit igitur Lex eos tantum qui sunt in agro, atque ideo si omnes illi qui sunt in agro manipuli ab initio obliti sint, est res oblivione relicta, & pertinet ad pauperes, licet proprietarius, vel quicunque alius extra agrum illius reminiscatur. Vide Talm. Bab. in tractatu Bava Metzia fol. 11. col. 1. & Tosaphoth & Comment. Rasi ad eum locum.


2. Deut. 24. 19.

3. Quia cum proprietarius manipulum occupaverit manu sua, jus ad illum acquisivit; & in eo loco ubi deposuit ex proposito reliquit, atque ideo licet illius non continuo reminiscatur, non est res oblivione relicta; sed cum portet manipulum à loco ad locum, si illius inter portandum in aliquo loco, ubi deposuerat, oblitus sit, est res oblivione relicta, quia in eo non ex proposito, sed ex oblivione reliquit.

4. In hoc casu superior manipulus nunquam est res oblivione relicta, nec proprietarius jus suum ad illum amittit, licet illius oblitus sit, quoniam manu occupavit illum, & in eo loco, ubi illius oblitus est, ex proposito reliquit; sed si cum superiore inferioris etiam oblitus sit, ille inferior est res oblivione relicta; illum enim proprietarius nec manu occupavit, nec in eo loco ubi illius oblitus est ex proposito reliquit, sed tantum ex oblivione, atque ideo licet à superiore abscondatur, nihilominus est res oblivione relicta, dicitur enim supra sect. 1. hujus capitis, *immo etiamsi manipulus abscondatur, si tamen ex oblivione negligatur, est res oblivione relicta*; sed si superiorem in memoriam revocet, priusquam iterum offenderit eum, ille manipulus liberat inferiorem, ita ut non sit res oblivione relicta, eodem modo quo supra sect. 3. stramen, cujus proprietarius reminiscitur, liberat manipulum, qui in eo absconditur; vide Talm. Bab. in tractatu Sota fol. 45 col 1.

5. Deut. 24 v. 19.

 6. Exem-



6. Exempli gratia, sit ager *f. g. h. i.* si duo in eo inceperint metere à medio ordinis *a d*, unus scilicet versus septentrionem, & alter versus Austrum, ibique unde inceperant, segetis *e* obliti fuerint, ea seges non est res oblivione relicta, quia iidem messores iterum incipientes possunt transversim metere, unus scilicet versus orientem & alter versus occidentem, eamque segetem, quæ relicta fuerat, cum ordine *b c* demetere; nulla enim seges est res oblivione relicta, quæ potest cum alio ordine demeti, sed ea tantum, quæ nulli alii ordini permista à tergo messoris ex oblivione relinquitur. Et sic cum totus ager demetatur, omnesque spicæ demessæ in manipulos colligantur, si duo inceperint à medio ordinis *a d* manipulos deportare tendentes unus versus septentrionem & alter versus austrum, ibique unde inceperant manipulum *e* obliti fuerint, ille manipulus non est res oblivione relicta ob eandem rationem. Vide Maim. in Comm. ad Peah cap. 6. sect. 4.

7. Sic in Misna scribitur, זה הכלל המעמר למקום שהוא גמר מלאכה יש לו שכחה ממנו ולגורן אין לו שכחה למקום שאינו גמר מלאכה אין לו שכחה ממנו ולגורן יש לו שכחה: i. e. Hæc est regula generalis, si quis manipulos faciat, ut deportet in locum, ubi perficit opus circa eos, in iis locum habet lex de re oblivione relicta; sed cum inde deportet in horreum in iis lex de re oblivione relicta locum non habet: Si vero manipulos faciat, ut deportet in locum ubi non perficit opus circa eos, in iis lex de re oblivione relicta locum non habet; sed cum inde deportet in horreum, in iis locum habet lex de re oblivione relicta. Peah. cap. 5. sect. 8.

8. i. e. Qui est quasi horreum; si quis enim in ipso agro fruges suas in acervum faciat eodem modo ac si in horreum deportasset, ibique propositum habeat eas triturare, is locus apud Judæos reputatur tanquam horreum; inquit enim Bartenora in Comm. ad Misnam in tractatu Peah cap. 5. sect. 8. מקום הדישה נקרא גורן i. e. *Locus triturationis vocatur horreum*, & in Misna in tractatu de Decimis cap. 1. sect. 5. quæritur אי זהו גורנן למעשרות: *quid est horreum in quo separantur decimæ?* Respondetur de frugibus sect. 6. משימרח ואם אינו ממרח עד שיעמיר עדימה i. e. *cum quis ventilet eas, & si non ventilet, cum faciat in acervum.* Locus igitur ubi fruges ultimo in acervum reponuntur ex proposito ut ibi triturentur, est locus ubi perficitur opus circa eas, & ideo reputatur tanquam horreum, locus autem ubi non ultimo reponuntur in acervum, sed ibi ponun-

ponuntur tantum, ut inde in alium locum deportentur, non eſt locus ubi perficitur opus circa eas, & ideo non reputatur tanquam horreum; & hæc eſt ratio quare in iis frugibus, qui portantur à loco ubi perficitur opus circa eas in horreum, lex de re oblivione relicta locum non habet, ſed in iis quæ portantur à loco ubi non perficitur opus circa eas locum habet; nam donec fruges in horreo reponuntur obtinet lex de re oblivione relicta, poſtea vero non obtinet; locus autem ubi perficitur opus circa fruges eſt quaſi horreum, atque ideo poſtquam fruges in eo reponuntur non amplius in iis locum habet lex de re oblivione relicta.

9. Ut ſcilicet liberentur, quia continent duas Seas.

10. Deut. 24. 19.

11. Shapacna & Baſan loca ſunt in terra Iſraelitica ob præſtantiores olivas inſignia.

12. Deut. 24. 19.

13. Netopha erat oppidum in tribu Jehudæ non longe à Bethlehem ſita ob fertilitatem inſignis, & præcipue ob optimas olivas, atque ideo in Miſna eſt אפילו כזית הנטופה בשעתו *licet ſimilis ſit olivæ Netophææ in productionibus ſuis*, i.e. licet ſit fertiliſſima; Peah c. 7. ſect. 1. Oppidi Netophæ mentio fit. Ezr. 2. 23.

14. *a b* Exempli gratia ſint tres ordines olivarum *a b. c d.* & *e f*, & in
c d neutro eorum ſint plures quam duæ olivæ, ſi inter eas oliva *d*
e f ex oblivione negligatur, non eſt res oblivione relicta, quia à tribus plagis tribus ordinibus olivarum circumdatur, à una plaga ſcilicet ordine *a b*, ab alia ordine *e f*, & à tertia ordine *a c e*, à tribus igitur illis plagis ordinibus olivarum abſconditur, atque ideo non reputatur pro re oblivione relicta.

15. Refertur hoc ad dictum Rabbi Joſe in Miſna, qui in tractatu Peah cap. 7. ſect. 1. dicit אין שכחה לזיתים i. e. *non eſt res oblivione relicta in olivis*. Quæritur igitur in hoc loco, quare hoc dictum eſt tantum de olivis; Reſpondet Maimonides, quia eo tempore, quo Rabbi Joſe vixit, Olivæ raræ erant in terra Iſraelis; inquit enim idem Maimonides in Comm. ad Peah. cap. 7. ſect. 1. אמר אותו בזמן אנדריאנוס המלך שהיו הזיתים מעטים מאד שזה המלך החריב הארץ וכרת הזיתים ומפני מיעוטן בזמן ההוא לא היה שכחה שהיה זוכרו אחר זמן ואחר כך כשחזרו הארצות לישובן ורבו הזיתים לזו היה מחלוקת שיש לו שכחה: i. e. dixit hoc tempore Adriani Imperatoris, cum olivæ erant valde raræ, quoniam ille Imperator terram vaſtavit, & exſcidit olivas, atque ideo ob paucitatem earum eo tempore oliva non erat res oblivione relicta, cujus poſtea reminiſcebantur; Poſtea autem cum rediiſſent ad terram inhabitandam, & olivæ iterum multiplicatæ fuiſſent, nulla erat controverſia, quin in iis locum habuerat lex de re oblivione relicta. Vide etiam Talmud Heroſolymitanum in Peah cap. 7. ſect. 1. & Bartenoræ Comm. ad Peah cap. 7. ſect. 1.

CAP. VI.

I. SExtum est *insuper* aliud donum pro pauperibus è seminibus terræ, Decimæ scilicet, quas tenentur *Israelitæ* pauperibus dare, eæque vocantur Decimæ pauperum; hic autem est ordo Trumarum, & Decimarum.

II. Postquam aliquis messuerit semina terræ, vel collegerit fructus arboris, & (1) perfecerit opus circa ea, separabit ex iis unam quinquagesimam *partem*, & hæc vocatur Truma magna, eamque dabit sacerdoti, & de hac dictum est in lege (2) *Primitias frumenti tui, musti tui, & olei tui* [*dabis ei*]; & deinde separabit è residuo unam decimam partem, & hæc vocatur Decimæ primæ, easque dabit Levitis; & de his dictum est in Lege, (3) *Decimas filiorum Israelis,* [*quas offerent Iehovæ in oblationem, do Levitis*]: & *insuper de iisdem* dictum est, (4) *ecce filiis Levi dedi omnes Decimas Israelis.*

III. Et postea separabit è residuo aliam decimam partem, & hæc vocatur Decimæ secundæ, eæque erunt pro ipsis proprietariis, qui comedent eas (5) Hierosolymis; de illisque dictum est (6) *si quis redimendo*

פרק ששי

א מתנה אחרת ששית יש לעניים בזרע הארץ והוא המעשר שנותנין לעניים והוא הנקרא מעשר עני׳ וזהו סדר תרומות ומעשרות:

ב אחר שקיצר זרע הארץ או אוסף פרי העץ ותגמר מלאכתו מפריש ממנו אחד מן החמשים׳ וזהו הנקרא תרומה גדולה ונותנה לכהן׳ ועל זה נאמר בתורה ראשית דגנך תירושך ויצהרך ואחר כך מפריש מן השאר אחד מעשרה׳ וזהו הנקרא מעשר ראשון׳ ונותנו ללוי׳ ועל זה נאמר בתורה כי את מעשר בני ישראל וכו׳ ונאמר ולבני לוי הנה נתתי את כל מעשר בישראל:

ג ואחר כך מפריש מן השאר אחד מעשרה והוא הנקרא מעשר שני׳ והוא לבעליו ואוכלין אותו בירושלים׳ ועליו נאמר ואם

redi-

נאל יגאל איש ממעשרו׃ ועליו נאמר עשר תעשר ואכלת לפני יהוה אלהיך במקום אשר יבחר׃

ד על הסדר הזה מפרישין בשנה ראשונה מן השבוע ובשניה וברביעית בחמישית׃ אבל בשלישית ובששית מן השבוע אחר שמפרישים מעשר ראשון מפריש מן השאר מעשר אחר ונותנו לעניים והוא הנקרא מעשר עני׃ ואין בשתי שנים אלו מעשר שני אלא מעשר עני׃ ועליו נאמר מקצה שלש שנים תוציא את כל מעשר תבואתך בשנה ההיא והנחת בשעריך ובא הלוי ועליו נאמר כי תכלה לעשר׃

ה שנת השמטה כולה הפקר ואין בה לא תרומה ולא מעשרות כלל לא ראשון ולא שני ולא מעשר עני׃ ובחוצה לארץ שאין בה שמטת קרקע מפרישין בארץ מצרים ובעמון ובמואב מעשר ראשון

redimerit aliquid de Decimis suis &c; itemque de illis dictum est, (7) *Decimando decimabis, & comedis coram Domino Deo tuo in loco, quem elegerit.*

IV. Juxta hunc ordinem tenentur *Israelitæ* separare anno primo(8) Heptaeteridis, & secundo, & quarto; sed anno tertio, & sexto Heptaeteridis, postquam separaverint Decimas primas, separabunt è residuo alias Decimas, & dabunt pauperibus, & hæ vocantur Decimæ pauperum, in iisque duobus annis non erunt Decimæ secundæ, sed *in eorum loco* Decimæ pauperum; & de iis dictum est(9) *post finem trium annorum produces omnes decimas proventus tui eo ipso anno, & depones in portis tuis, & veniet Levita &c*; itemque de his dictum est, (10) *cum finem feceris decimando &c.*

V. In anno Sabbatico omnia erunt (11) communia, in eoque nulla erit Truma, nullæ Decimæ omnino, nec scilicet primæ, neque secundæ, neque decimæ pauperum; sed *in regionibus* extra terram Israelis, in quibus nullum est (12) sabbathum soli, separabunt(13) *eas*, in terra scilicet(14) *Ægypti*, & in terra Ammon & Moab Decimas primas, & Decimas pauperis, quoniam eæ regiones proximæ sunt

ſunt terræ Iſraeliticæ, Ita ut pauperes Iſraelis poſſint iis *decimis* ſuſtentari anno ſabbatico. Conſtitutio equidem eſt Moſis è Sina, quod Iſraelitæ in terra Ammon & Moab tenentur anno ſabbatico decimas pauperum ſeparare, ſed in terra Babylonica anno ſabbatico ſeparant decimas ſecundas juxta ordinem multorum annorum.

ומעשר עני מפני שארצות
אלו קרובות לארץ ישראל
כדי שיהיו עניי ישראל
נסמכין עליה בשביעית:
והלכה למשה מסיני שיהיו
מפרישין בארץ עמון
ומואב מעשר עני
בשביעית · אבל בארץ
שנער מפרישין בשביעית
מעשר שני כסדר רוב
השנים:

VI. E decimis primis, quas accipit Levita, tenetur ille unam decimam partem ſeparare & dare Sacerdoti, & hæc vocatur Truma Decimarum, de eaque dictum eſt (15) *& Levitis dices &c.*

ו מעשר ראשון שלקח
הלוי מפריש ממנו אחד
מעשרה ונותנו לכהן והוא
הנקרא תרומת מעשר·
ועליו נאמר ואל הלוים
תדבר:

VII. Proprietarius agri, ſi pauperes accedant ad eum, ipſeque (16) ibi habeat decimas pauperum, tenetur ex iis Decimis dare unicuique pauperi, qui accedit ad eum, donec ſatietur, ſicut dictum eſt (17) *& comedent in portis tuis, & ſatiabuntur.*

ז בעל השדה שעברו
עליו עניים והיה לו שם
מעשר עני · נותן לכל עני
שיעבור עליו מן המעשר
כדי שובעו שנאמר ואכלו
בשעריך ושבעו:

VIII. Quantum autem eſt *quod proprietarius tenetur pauperibus dare* ut ſatientur? *Reſp.* Si *decimæ pauperum* ſint è Tritico, non dabit minus quam dimidium Cabi; ſi *ſint* ex hordeo, non dabit minus quam Cabum; ſi *ſint* è ſpelta non dabit minus quam Ca-

ח כדי שבעו כמה · אם מן
החטים נותן לא יפחות
מחצי קב · ואם מן השעורים
לא יפחות מקב · ואם מן
הכוסמין לא יפחות מקב

bum;

ומן הגרוגרות לא יפחות מקב · ואם מן הדבלה לא יפחות ממשקל חמשת ועשרים סלע · ואם מן היין לא יפחות מחצי לוג · ואם מן השמן לא יפחות מרביעית · ומן האורז רובע הקב · נתן לו ירק נותן לו משקל ליטרא והוא משקל חמשה ושלשים דינר · מן החרובין שלשה קבין : מן האגוזים עשרה · מן האפרסקין חמשה : מן הרמונים שנים · אתרוג אחד · ואם נתן לו משאר הפירות לא יפחות מכדי שימכרם ויקח בדמיהן מזון שתי סעודות :

ט היה לו דבר מועט והעניים מרובין ואין בו כדי ליתן לכל אחד ואחד כשיעור נותן לפניהם והן מחלקין ביניהם :

י ומעשר עני המתחלק בגורן אין בו טובת הנאה לבעלים אלא העניים באין ונוטלין על כרחו · ואפילו עני שבישראל מוציאין אותו מידו · אבל המתחלק

bum; si *sint* è Caricis, non dabit minus quam Cabum; si *sint* è Palathis, non dabit minus quam pondus (18) viginti quinque Siclorum; si *sint* è vino, non dabit minus quam dimidium Logi; si *sint* ex oleo, non dabit minus quam quartam partem *Logi*; si *sint* ex oryza *dabit* quartam partem Cabi; Si vero det ei ex oleribus, dabit pondus libræ, quod pondus est (19) triginta quinque denariorum; si è siliquis, *dabit* tres Cabos; si è nucibus *dabit* decem *nuces*; si è malis Persicis, *dabit* quinque *eorum*; si è malogranatis, *dabit* duo; si è Citreis unum; si det ei è reliquis fructibus, non dabit minus quam quod ille possit vendere tanto precio, quanto emat alimentum, *quod sufficiat* pro duabus refectionibus.

IX. Si vero *proprietarii* res tenues sint, & pauperes multiplicentur, ita ut non possit dare singulis eorum juxta hanc mensuram, *producet omnes decimas pauperum*, *quæ sunt in manu illius*; &. deponet in conspectu eorum, ipsique inter semetipsos partiuntur.

X. Si decimæ pauperum distribuantur in horreo, ex iis (20) nullam *omnino* gratiam uti ex beneficio dato recipiunt ipsi proprietarii; sed pauperes veniant, & accipiant eas ipsis licet invitis *proprietariis*; immo etiamsi *proprietarius* pauperrimus sit in

in *toto* Iſraele, auferant tamen eas è manibus illius; ſed ſi *decima pauperum* diſtribuantur domi, proprietarii recipiunt ex iis gratiam uti ex beneficio dato, & poſſunt eas dare cuicunque pauperi voluerint.

XI. Si *proprietarius* habeat decimas *pauperum* in horreo, & voluerit dare eas pauperi ſibi cognato, vel amico, licet ei ſeparare dimidium earum, & dare ei, *alterum* autem dimidium diſtribuet omni pauperi, qui ad eum acceſſerit juxta quantitatem, quam diximus.

XII. In quo caſu dicta ſunt hæc; quod non dabit pauperi niſi quantum ſaturet eum? *Reſp. Cum decima ſint* in agro; ſed ſi *quis* decimas *pauperum* domi habeat, partietur eas inter omnes pauperes, *qui ad eum accedunt,* licet ſingulis det quantitatem unius tantum oleæ; quoniam non mandatum eſt, ut daret donec ſaturet eum, niſi in agro *tantum,* (21) ibi enim non poteſt *alium* invenire à quo accipiat, nam dictum eſt (22) *comedent in portis tuis & ſatiabuntur.*

XIII. Si ad domum *alicujus* venerint vir & fœmina, tenetur *ille* prius dare (23) fœminæ, & demittere eam, & deinde dabit viro. Si ſint pater & filius ejus, vir & proximus ejus, *vel* duo fratres, *vel* duo ſocii, è quibus unus pauper eſt, det ei alter eorum decimas pauperum, quas habet.

בבית יש בו טובת הנאה לבעלים ונותנו לכל עני שירצה:

יא היה לו מעשר בגורן ורצה ליתנו לעני קרובו או מיודעו יש להפריש מחצה ליתנו לו והחצי מחלקו לכל עני שיעבור כשיעור שאמרנו:

יב במה דברים אמורים שאינו נותן לעני אלא כדי שבעו בשדה אבל אם היה המעשר בבית מחלקו לכל העניים אפילו כזית כזית שאינו מצווה ליתן כדי שובעו אלא בשדה שהרי אינו מוצא שם ליקח שנאמר ואכלו בשעריך ושבעו:

יג באו איש ואשה לבית נותנין לאשה תחלה ופוטרין אותה ואחר כך נותנין לאיש אב ובנו איש וקרובו שני אחין שני שותפין שהיה אחד מהן עני נותן לו האחר מעשר עני שלו:

Si

יד שני עניים שקבלו שדה באריסות· זה מפריש מעשר עני מחלקו ונותנו לחבירו· וכן חברו מפריש מחלקו ונותן לו:

XIV. Si duo pauperes acceperint agrum, ut colant pro certa portione fructuum, hic separet decimas pauperum è portione sua, & det socio suo, & vicissim socius illius separet è portione sua, & det ei.

טו המקבל שדה לקצור אסור בלקט שכחה ופאה ומעשר עני: אימתי בזמן שקבלה ממנו ליקח חלק בכל השדה כגון שנתן לו שלישה או רביעה בשכרו· אבל אם אמר לו בעל השדה שליש מה שאתה קוצר בלבד הוא שלך או רביע מה שתקצור הרי זה אין לו כלום עד שיקצור: ובשעת הקציר הוא עני לפיכך מותר בלקט שכחה ופאה· ואסור במעשר עני שאין מפרישין מעשר עני אלא אחר שקצר והרי זכה בחלקו שקצר:

XV. Qui accipit agrum ad demetendum, prohibetur spicilegio, re oblivione relicta, angulo, & decimis pauperum. Quando *vero tenet hoc? Resp.* Tunc *solum,* (24) cum à *proprietario* agrum acceperit demetendum *sub hac conditione,* ut habeat *pro mercede sua aliquam* partem in toto agro, exempli gratia, si *Proprietarius* det ei tertiam vel quartam *partem* pro mercede illius; sed si Proprietarius agri dicat ei, tertia tantum pars illius quod demetes, vel quarta tantum pars illius quod demetes erit portio tua, ecce ille nullum omnino jus ad eam habet, donec demessuerit agrum, sed eo tempore quo metit pauper est, atque ideo ei jus est ad spicilegium, rem oblivione relictam, & angulum; sed prohibetur decimis pauperum, quia non separant decimas pauperum, nisi postquam *messor agrum* demessuit, ecce autem ille jus habet ad portionem suam, cum agrum demessuit.

טז המוכר את שדהו קרקע ופירות והעני· הרי זה מותר בלקט שכחה ופאה ומעשר עני שלה· והלוקח אסור

XVI. Qui vendit agrum suum *tam* solum *scilicet quam* fructus, ipseq; *deinde* pauper *factus sit,* ecce ille jus habet ad spicilegium, rem oblivione relictam, angulum, & decimas pau-

perum, quæ ſunt in eo; ſed qui emit prohibetur illis, etiamſi nondum pretium ſolverit; immo etiamſi mutuatus ſit pecuniam, ut emeret eum, ecce ille nihilominus prohibetur donis pauperum.

XVII. E decimis pauperum non ſolvent debitum, nec iis retributionem facient pro beneficiis; ſed poſſunt ex illis dare aliquid pro beneficentia voluntaria; requiritur autem, ut notum faciant ei cui dant, quod ſint decimæ pauperum; non autem illis redіment captivos, nec facient illis convivium nuptiale, nec dabunt ex iis aliquid pro eleemoſyna; ſed poſſunt dare eas(25)Doctori civitatis, ut aliquam inde recipiant gratiam, non autem deportabunt eas è terra *Iſraelis* in terram extraneam; nam dictum eſt (26) *& depones in portu tuis*; itemque dictum eſt (27) *& comedent in portis tuis, & ſaturabuntur.*

בהן אף על פי שעריין לא נתן דמים· ואפילו לווה הדמים ולקחה הרי זה אסור במתנת עניים:

יז מעשר עני אין פורעין ממנו מלוה · ואין משלמין ממנו את התגמולין· אבל משלמין ממנו דבר של גמילות חסדים וצ״יך להודיעו שהוא מעשר עני· ואין פודין בו שבויים· ואין עושין בו שושבינות· ואין נותנין ממנו דבר לצדקה ונותנין אותו לחבר עיר בטובת הנאה· ואין מוציאין אותו מהארץ לחוצה לארץ שנאמר והנחת בשעריך ונאמר ואכלו בשעריך ושבעו:

Notæ ad Cap. VI.

1. Quando circa fructus arboris & ſemina terræ opus perfici dicitur, ſupra indicatur Not. 11. ad Cap. 2. & not. 22. ad cap. 4.

2. Deutr. c. 18. v. 4.

3. Num. c. 18. v. 24.

4. Num. 18. v. 21.

5. Præceptum eſt, ut Decimæ ſecundæ ab ipſis poſſeſſoribus comederentur coram Deo in eo loco, quem elegeret, ut in eo habitare faceret Majeſtatem ſuam, Deut. c. 14. v. 23. priusquam igitur Templum Hieroſolymis exſtructum fuerat, non neceſſe erat, ut in ea civitate ſola Decimæ ſecundæ comederentur, ſi modo coram Deo, i. e. in eo loco ubi Tabernaculum collocatum fuerat, & cultus Divinus peragebatur, comeſtæ fuiſſent; poſtquam vero Solomon Templum Hieroſolymis extruxerat, ibique Deus

Deus Majestatem suam, seu præsentiam extraordinariam habitare fecerat, nefas fuit extra muros illius civitatis has decimas comedere. Vide Maimonidem in tractatu de Decimis secundis cap 2.

6. Levit. c. 27. v. 31. Compara etiam Deutr. cap. 14. vv. 24, 25, 26.

7. Deutr. c. 14. vv. 22, 23.

8. Ad verba *anno primo Hebdomadæ*, i.e annorum, שבוע enim Hebdomadam significat; cum enim apud Judæos, uti septimus dies hominum, sic septimus annus soli Sabbathum fuisset, illi non tantum dierum, sed etiam annorum Hebdomadam habuerunt, quarum non tantum prior frequentissime, sed altera etiam et in Rabbinicis scriptoribus, & in sacra Scriptura per vocem שבוע denotatur, uti videri est in Daniele cap. 9. v. 24. ultimus hujus Hebdomadæ seu septennii annus erat annus Sabbaticus, qui aliquando in hoc capite שנת השמטה i. e. *annus intermissionis*, quia scilicet in eo omnis terræ cultus intermissus fuerat, & aliquando שנה שביעית i. e. *annus septimus*, quia ultimus scilicet septennii, vocatur; qui ideo proxime hunc annum Sabbaticum insequitur, primus septennii annus numeratur.

9 Deutr. cap. 14. v. 28.

10. Deutr. cap. 26. v. 12.

11. i. e. Cum eo anno nemo terram colat, si quid ea sponte sua producat nemo ad illud præ aliis jus habebit, sed omnibus erit commune, atque ideo nec Truma, nec decimæ, nec dona pauperum ex eo separantur, quia ad hæc nulla est obligatio ex iis, quæ sunt communia, uti supra indicatur not. 5. ad Cap. 2.

12. Lex enim de anno Sabbatico nec ex stricta illius obligatione, nec ex placitis sapientum omnino tenebat extra terram Israeliticam.

13 i.e. Trumam & Decimas, nam licet è stricta legis obligatione extra terram Israelis eæ solvendæ non essent, in Babylonia tamen, Ægypto, Terrâque Ammon & Moab, quia eæ regiones terræ Israel.ticæ vicinæ, à multisque semper Israelitarum habitatæ fuerant, ex placitis sapientum separabantur utræque, uti docet Maimonides in tractatu de Trumis cap. 1 sect. 1. התרומות והמעשרות אינן נוהגין מן התורה אלא בארץ ישראל בין בפני הבית בין שלא בפני הבית ונביאים התקינו שיהיו נוהגות אפילו בא״ץ שנער מפני שהיא סמוכה לארץ ישראל ורוב ישראל הולכין ושבין שם והחכמים הראשונים התקינו שיהיו נוהגות אף בארץ מצרים ובארץ עמון ומואב מפני שהם סביבות לארץ ישראל: i. e. Trumæ & Decimæ ex obligatione legis non solvi solebant nisi in terra Israelis tantum, sive manente templo sive non; Prophetæ autem statuerunt, ut solverentur etiam in terra Babylonica, quia ea vicina fuerat terræ Israeliticæ, multique ex Israele illic proficiscebantur & habitabant in ea; Sapientes etiam antiquiores statuerunt, ut solverentur pariter in terra Ægypti, & in terra Ammon & Moab, quia eæ regiones sitæ erant in circuitu terræ Israelis. Vide etiam quæ supra habet idem Maimonides in hoc tractatu cap. 1. sect. 14.

 14. In

14. In terra Israelitica per sexennium ex stricta Legis obligatio ne quotannis separabantur Trumæ & Decimæ primæ; & præter eas etiam Decimæ secundæ, & Decimæ Pauperum hoc ordine,

anno post sabbaticum	1° 2°	Decimæ secundæ.
	3°	Decimæ pauperum.
	4° 5°	Decimæ secundæ.
	6°	Decimæ pauperum.

Anno autem septimo, cum omissa omni agriculatione tum Sabbatum soli fuisset, omniaque ideo communia haberentur, ex nullis fructibus, quos tum terra produxerat, aliquid omnino aut pro Sacerdotibus, aut pro Levitis, aut pro pauperibus seponebatur; extra vero terram Israelis, quia ibi nullum Sabbathum soli fuerat, etiam anno sabbatico Trumæ & omnes Decimæ separatæ fuerant, in singulis scilicet regionibus, in quibus decreverunt sapientes eas solvendas esse, Trumæ & Decimæ primæ: De Decimis vero secundis & Decimis pauperum dubium fuerat, quænam scilicet earum eo anno separandæ essent (vide Tractatum Misnicum Yadaim cap. 4. sect. 3.) tandem vero cum considerassent sapientes, quod Ægyptus, Terraque Ammon & Moab Terræ Israeliticæ vicinæ essent, ita ut pauperes Israelis ex decimis in iis regionibus separatis commode sustentari poterant, & contra Babylonia longius ab ea dissita fuerat, statuerunt quod in Ægypto & in terra Ammon & Moab omni anno Sabbatico separarentur Decimæ pauperum; in terra vero Babylonica non disturbarunt annorum ordinem, sed quoniam priori anno, sexto scilicet separabantur Decimæ pauperum, decreverunt quod anno septimo separarentur Decimæ secundæ, quasi ordo in prioribus annis observatus per multos deinceps continueretur, & hoc est quod in fine hujus periochæ intelligitur per ordinem multorum annorum.

15. Num. c. 18. v. 26.

16. In agro scilicet.

17. Deut. c. 14. v. 29. & c. 26. v. 12.

18. i. e. Uncias duodecim cum semisse, siclus enim est semiuncia nostra.

19. i. e. Pondus triginta quinque drachmarum, drachma enim Attica & denarius Romanus erant ejusdem ponderis, drachma autem Attica est octava pars unciæ.

20. Vide supra not 17. ad c. 1. Ratio hujus constitutionis est, quia dum decimæ pauperum sint in agro, non omnino sunt in proprietarii potestate; sed si nulli pauperes veniant, ut inde eas accipiant, atque ideo propietarius eas in civitatem deportet, recondatque in domo sua, ibi pauperes non possunt irrumpere, ut sibi arripiant, quia tum nemo tutus esset intra proprios parietes; sed quoniam jam proprietarius reposuit in domo sua, atque ideo in earum possessione sit, hoc ad illos jus acquisivit, ut si modo sibi non retineat, possit pro arbitrio suo cuicunque voluerit distribuere.

21. Hic assignatur ratio, quare proprietarius tenetur in agro dare pauperi e de-

è decimis pauperum, donec faturet eum, domi vero non item; fcriptum enim eft in lege, quod pauperes comederent ex his decimis, donec fatiarentur, cum autem Decimæ in civitatem reportatæ domi recondantur, fi pauperes ibi non accipiant ex iis ab una domo quantum eorum famem relevet, poffunt deinceps ab alia atque alia petere, donec tandem penitus faturentur; fed fi pauper efuriens ad proprietarium accedat in agro, ipfeque ibi habeat decimas pauperum, tenetur ei dare ex iis quantum eum prorfus fatiet, quoniam ibi non funt alii, qui illius indigentiæ poffint fubvenire; mandatum autem eft, quod comederet, donec fatiaretur.

22. Deut. c. 14. v. 29. & c. 26. v. 12.

23. Ob verecundiam fcilicet illius, quæ femper major fupponitur in fœmina.

24. Ratio eft, quia fi operarius acceperit agrum demetendum fub hac conditione, ut ipfe habeat tertiam vel quartam partem frugum, inciperet jus habere in toto agro, vide Maim. in Comm. ad Peah cap. 5. fect. 5. prohibitum autem eft, ut quis fibi acciperet vel fpicilegium, vel rem oblivione relictam, vel Angulum, vel Decimas pauperum ex eo quod fuum eft. Vide fupra cap. 1. fect. 8.

25. Vide infra not. 22. ad cap. 7.

26. Deutr. cap. 14. v. 28.

27. Deutr. 14. v. 29. & cap. 26. v. 12.

CAP. VII.

CAP. VII.

I. PRæceptum affirmativum est, ut dentur Eleemosynæ pauperibus Israelis, *unicuique scilicet eorum* juxta quod pauperi conveniens sit, si modo datoris facultates ad hoc sufficiant, nam dictum est, (1) *liberaliter aperies ei manum tuam*; item dictum est (2) *suppetias feres ei, licet sit peregrinus, vel inquilinus, ut vivat tecum*; & iterum (3) *ut vivat frater tuus tecum.*

II. Quicunque videt pauperem mendicantem, & claudit oculos suos contra eum, & non dat ei eleemosynam, transgreditur præceptum negativum; nam dictum est, (4) *non obdurabis cor tuum, nec occludes manum tuam adversus fratrem tuum, qui eget.*

III. Pro ratione illius quod pauperi deest, tibi mandatum est dare ei; si *igitur pauper* egeat vestimentis, tenentur *Israelitæ* vestire eum; si egeat supellectilibus, comparabunt ei; si non habeat uxorem, (5) despondebunt illum *uxori*; & si sit fœmina, elocabunt eam viro; insuper si in more fuisset isti pauperi, ut equitaret supra equum, & servus curreret coram eo, & jam pauper *factus* deciderit à facultatibus suis, comparabunt ei equum in quem equitet, & servum, qui currat coram eo, nam dictum est, (6) [*commodabis ei*] *quantum sufficiat indigentiæ*

פרק שביעי

א מצות עשה ליתן צדקה לעניי ישראל כפי מדה שראוי לעני אם היתה יד הנותן משגת שנאמר פתח תפתח את ידך לו ונאמר והחזקת בו גר ותושב וחי עמך ונאמר וחי אחיך עמך:

ב וכל הרואה עני מבקש והעלים עיניו ממנו ולא נתן לו צדקה עבר בלא תעשה שנאמר לא תאמץ את לבבך ולא תקפוץ את ידך מאחיך האביון:

ג לפי מדה שחסר העני אתה מצווה ליתן לו · אם אין לו כסות מכסים אותו · אם אין לו כלי בית קונין לו · אם אין לו אשה משיאין אותו · ואם היתה אשה משיאין אותה לאיש · אפילו היה דרכו של זה העני לרכוב על הסוס ועבד רץ לפניו והעני ירד מנכסיו קונין לו סוס לרכוב עליו ועבד לרוץ

illius,

לפניו שנאמר די מחסורו אשר יחסר לו ומצווה אתה להשלים חסרונו ואין אתה מצווה לעשרו:

ד יתום שבא להשיאו אשה שוכרין לו בית ומציעים לו מטה וכל כלי תשמישו ואחר כך משיאין לו אשה:

ה בא העני ושאל די מחסורו ואין יד הנותן משגת נותנין לו כפי השגת ידו וכמה עד חמשית נכסיו מצוה מן המובחר ואחד מעשרה בנכסיו בינוני פחות מיכן עין רעה: ולעולם לא ימנע עצמו משלישית השקל בשנה: וכל הנותן פחות מזה לא קיים מצוה ואפילו עני המתפרנס מן הצדקה חייב ליתן צדקה לאחר:

ו עני שאין מכירין אותו ואמר רעב אני האכילוני אין בודקין אחריו שמא רמאי הוא אלא מפרנסין אותו מיד: היה ערום ואמר

illius, in ea re qua indiget: Tibi autem mandatum est tantum illius indigentiæ subvenire, non autem teneris eum locupletare.

IV. Si orphanus veniat, *petatque*, ut (7) despondeant ei uxorem, primum ei domum conducent, lectumque ei substernent, omniaque ei *comparabunt* supellectilia, & deinde despondebunt ei uxorem.

V. Si pauper accedat, expetatque quod relevet indigentiam illius, datorisq; facultates ad hoc non sufficiant, tenetur dare pro ratione facultatum, quas habet; quantum autem est hoc? *Resp. Si quis det*, quintam partem facultatum suarum, præceptum *præstat* in gradu summo; si *det* decimam partem facultatum suarum, *præceptum præstat* in gradu mediocri; si vero minus det, quam decimam partem, est *vir* (8) mali oculi. In perpetuum vero nemo denegabit dare (9) tertiam partem sicli quotannis;& quicunque minus dat, quam hoc, non præstat mandatum; immo licet pauper sit, qui ex eleemosyna nutritur, tenetur tamen *ille* eleemosynam dare alii *pauperi*.

VI. Si pauper *accedat*, quem non cognoscunt, dicatque esurio, *quæso* date mihi, quod comedam, non inquirent de eo, an forte fraudulentus sit, sed statim (10) dabunt ei, quo pascatur; *si vero* nudus sit, dicatque

que *quæso* me veſtite, tum inquirant de eo, an forte fraudulentus ſit; ſed ſi cognoſcant eum, ſtatim ei veſtes induent juxta dignitatem illius, & non omnino inquirent circa eum.

VII. Una cum pauperibus Iſraelis Gentilibus etiam alimenta & veſtes ſuppeditabunt pacis gratia; ſi pauper circumeat oſtiatim *mendicando*, non tenentur ei donum amplum largiri, aliquod tamen ei dabunt donum exiguum, prohibitum enim eſt pauperem, qui mendicat, vacuum demittere, *ſed dabis aliquid*, licet des tantum unam caricam, dictum enim eſt, (11) *pauper ne revertatur pudefactus.*

VIII. Pauperi, qui *mendicando* tranſit à loco ad locum, non minus dabunt quam unum fruſtum panis, quod ematur obolo, cum quatuor Seæ Tritici veneant Siclo, (alibi autem explicavimus omnes menſuras.) Si pauper maneat tota nocte ſuppeditabunt ei lectum in quem dormiat, & ſtragula quæ ponat ſub *capite ſuo*, pro cervicali (12) & oleum & legumina; ſi maneat die Sabbathi, dabunt ei cibum pro tribus refectionibus, & oleum, & legumina, & piſcem, & olera; & ſi cognoſcant eum, dabunt ei juxta dignitatem illius.

IX. Si pauper ſit, qui non vult acci-

כסתי בודקין אחריו שמא רמאי הוא· ואם היו מכירין אותו מכסין אותו לפי כבודו מיד ואין בודקין אחריו:

ז· מפרנסין ומכסין עניי כותים עם עניי ישראל מפני דרכי שלום· ועני המחזר על הפתחים אין נזקקין לו למתנה מרובה אבל נותנין לו מתנה מועטת· ואסור להחזיר את העני ששאל ריקם ואפילו אתה נותן לו גרוגרת אחת שנאמר אל ישוב דך נכלם:

ח· אין פוחתין לעני העובר ממקום למקום מככר אחד הנמכר· בפונדיון כשהיו החטים ארבעה סאין בסלע וככר בארנו כל המדות· ואם לן נותנין לו מצע לישן עליו· כסות ליתן תחת מראשותיו· ושמן וקטנית· ואם שבת נותנין לו מזון שלש סעודות ושמן וקטנית ודג וירק ואם היו מכירין אותו נותנין לו לפי כבודו:

ט עני שאינו רוצה ליקח

צדקה מערימין עליו ונותנין לו לשם מתנה או לשם הלואה׃ ועשיר המרעיב את עצמו ועינו צרה בממונו שלא יאכל ממנו ולא ישתה אין משגיחין בו׃

י מי שאינו רוצה ליתן צדקה או שיתן מעט ממה שראוי לו׃ בית דין כופין אותו ומכין אותו מכת מרדות עד שיתן מה שאמדוהו ליתן׃ ויורדין לנכסיו בפניו ולוקחין ממנו מה שראוי לו ליתן׃ וממשכנין על הצדקה ואפילו בערבי שבתות׃

יא אדם שוע שהוא נותן צדקה יותר מן הראוי לו׃ או שמיצר לעצמו ונותן לגבאים כדי שלא יתבייש אסור לתובעו ולגבות ממנו צדקה׃ וגבאי שמכלימו ושואל ממנו עתיד להפרע ממנו שנאמר ופקדתי על כל לוחציו׃

יב אין פוסקין צדקה על יתומים ואפילו לפדיון שבויים ואף על פי שיש להן

accipere eleemoſynam, aſtute agent cum eo, & dabunt ei nomine doni vel nomine mutui; ſed ſi dives aliquis maceret ſeipſum, (13) oculusq; illius eum ad anguſtias redigat inter facultates ejus, ita ut ex iis nec edat, nec bibat, non ſolliciti ſunt pro iſto *homine*.

X. Si quis *ſit qui* non vult dare eleemoſynas, vel minus dat quam eum decet, Synedrium coget eum, cædetque (14) verberibus rebellionis, donec det, quantum ab eo dandum judicant; occupent *etiam* bona ejus eo ipſo inſpiciente, & accipiant ex iis quantum decet eum dare, pignorentque pro eleemoſynis, immo licet ſit (15) veſpera Sabbathi.

XI. Si quis liberalis ſit, qui dat majores eleemoſynas, quam convenit ei dare, vel ſeipſum ad anguſtias redigit, ut det eleemoſynarum collectoribus ne pudefiat, prohibitum eſt poſtulare, vel exigere ab eo eleemoſynas, & ſi quis collector eum pudore afficiat, petatque *aliquid* ab eo, vindicta rependetur ei in futurum, ſicut dictum eſt, (16) *viſitabo omnes oppreſſores ejus.*

XII. Orphanis non imponent eleemoſynarum largitionem, licet ſint pro redemptione captivorum, licetque habeant illi facultates ampliſſimas; ſed ſi judex imponat, ut

iis

iis (17) nomen acquirat, tum licitum est *hoc facere*. Collectores eleemosynarum etiam à servis, fœminis, & pueris accipient parum aliquid, sed non multum, quippe de multo præsumptio erit, quod sit furto vel rapina ab aliis ereptum. Quantum est parum hoc, quod tenentur dare? *Resp.* Omnia *proportionanda sunt* juxta divitias dominorum *quibus serviunt*, & propriam eorum tenuitatem, *qui largiuntur*.

XIII. Pauper, qui est propinquus, præferatur omnibus hominibus; pauperes propriæ familiæ præferantur pauperibus propriæ civitatis; & pauperes propriæ civitatis præferantur pauperibus alterius civitatis; nam dictum est (18) *Liberaliter aperies manum tuam* (19) *fratri tuo*, (20) *pauperi tuo*, (21) *egeno tuo in terra tua*.

XIV. Si quis proficiscatur cum mercibus *in aliam civitatem*, & viri civitatis, ad quam proficiscitur, imponant ei eleemosynarum largitionem, ecce dabit ille pauperibus istius civitatis; sed si *mercatores* multi fuerint, imponantque iis eleemosynarum largitionem, *separabunt*, *ut* dent; sed cum redeant auferent secum, iisque nutrient pauperes propriæ civitatis; & si ibi sit (22) Doctor civitatis, dabunt eas isti Doctori civitatis, illeque distribuet eas, sicut ei videbitur.

ממון הרבה׃ ואם פסק הדיין עליהן כדי לשום להן שם מותר׃ גבאי צדקה לוקחין מן הנשים ומן העבדים ומן התינוקות דבר מועט׃ אבל לא דבר מרובה שחזקת המרובה גנבה או גזל משל אחרים׃ וכמה הוא מועט שלהן הכל לפי עושר הבעלים ועניותן׃

יג׳ עני שהוא קרובו קודם לכל אדם׃ עניי ביתו קודמין לעניי עירו׃ עניי עירו קודמין לעניי עיר אחרת שנאמר לאחיך לענייך ולאביונך בארצך׃

יד׳ מי שהלך בסחורה ופסקו עליו אנשי העיר שהלך שם צדקה הרי זה נותן לעניי אותה העיר׃ ואם היו רבים ופסקו עליהן צדקה נותנין׃ וכשבאין מביאין אותה עמהן ומפרנסין בה עניי עירם׃ ואם יש שם חבר עיר יתנוה לחבר עיר והוא מחלקה כמו שיראה לו׃

XV. Si

טו׃ האומר תנו מאתים דינר לבית הכנסת או תנו ספר תורה לבית הכנסת יתנו שהוא רגיל בו׃ ואם היה רגיל בשנים יתנו לשניהן האומר תנו מאתים דינרין לעניים ינתנו לעניי אותה העיר׃

XV. Si quis(23) dicat date ducentos denarios in usum Synagogæ, vel date librum Legis in usum Synagogæ, dabunt Synagogæ, quam solebat frequentare, & si soleret frequentare duas Synagogas, dabunt utrisque; Si dicat date ducentos denarios pauperibus, dabunt pauperibus istius civitatis.

Notæ ad Cap. VII.

1. Deutr. cap. 15. v. 8.
2. Levit. cap. 25. v. 35.
3. Levit. cap. 25. v. 36.
4. Deut. cap. 15. v. 7.
5. i. e. Dabunt ei, quod doti uxoris dicat, nuptiæ enim non legitimè fuerant apud Judæos peractæ, nisi aliquid uxori in dotem ascriberetur, quo ea post mortem viri vel repudium aleretur; verba Misnæ sunt כל הפוחת לבתולה ממאתים ולאלמנה ממנה הרי זו בעילת זנות i. e. *Si quis minus ducentis* zuzis *virgini, aut minus mina viduæ dotis nomine dederit, ecce concubitus eius stuprum est.* Cetuboth cap. 5. sect. 1.
6. Deutr. 15. v. 8.
7. Apud Judæos omnino illicitum fuit aliquem ob paupertatem à matrimonio prohibere; quin potius obligatio erat, si quis uxorem vellet ducere, ei omnia ministrare, quæ matrimonium illius felicius promoverent, quia dictum est, *crescite & multiplicamini.*
8. i. e. Avarus; communi enim phrasiologia apud Judæos, si quis liberalis aut benevolus sit, dicitur vir boni oculi, si avarus aut malevolus, vir mali oculi: sic Deut. cap. 15. v. 9. ורעה עינך באחיך האביון ולא תתן לו *& oculus tuus malus sit erga fratrem tuum, qui eget, & nihil largiris ei*, i. e tu sis avarus sive malignus erga fratrem tuum; & Proverb. c 23. v 6. אל תלחם את לחם רע עין *non comedes panem mali oculi*, i. e. viri avari seu malevoli; & Proverb. cap. 22. v. 9. טוב עין הוא יבורך כי נתן מלחמו לדל i. e. *qui est vir boni oculi benedictionem accipiet, quia dat è*

pane

pane suo pauperi, i. e. qui est liberalis; & Proverb. cap. 28. v. 22. נבהל להון איש רע עין *qui festinat ditari est vir mali oculi*, i.e. avarus; vide etiam Ecclesiasticum cap. 14. v. 8,9,10. In Rabbinicis etiam scriptoribus frequentissime occurrit hæc loquendi formula; verba Misnæ sunt in tractatu de Trumis cap. 4. sect. 3. שיעור תרומה עין יפה אחר מארבעים והבינונית מחמשים ורעה מששים *hæc est mensura Trumæ, oculus bonus*, i. e. vir liberalis *dat unam partem è quadraginta, mediocris unam è quinquaginta, & oculus malus*, i.e. vir avarus *unam è sexaginta*; hinc facile deprehendas, quid intelligitur per ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς Matt. c. 6. v. 22. Luc. c. 11. v. 34. & per ὀφθαλμὸς πονηρὸς Matt. c. 6. v. 23. & cap. 20. v. 15. & Marc. 7. v. 22. & Luc. 11. v. 34. præsertim si contextum observes, qui in omnibus his locis clare indicat, has phrasiologias eundem omnino sensum in Græco novi Testamenti textu retinere, quem habent in Hebræo Veteris.

9 i. e. Nostræ monetæ decem denarios, Siclus enim Hebræus ejusdem valoris fuerat, cujus jam est dimidium Coronati Anglicani.

10. Ne forte dum mora fit pauper ob famem incurrat vitæ periculum.

11 Psalm. 74. v. 21.

12. Ut cœnet scilicet vespera Sabbathi, & prandium & cœnam habeat pro die insequente.

13. i e. Oculus sibi malus, compara quæ supra annotantur not. 8.

14. Supplicium plagarum apud Judæos duplex erat, unum scilicet quod flagello, alterum quod baculis vel fustibus infligebatur; quod flagello infligebatur in lege præcipitur, Deutr. c. 25. v. 3. atque ideo à Rabbinis frequenter appellatur מלקות דאורייתא *verberatio Legis* seu *ex lege instituta*; hoc supplicium ex mandato Dei numerum quadraginta plagarum, ex placitis autem Rabbinorum numerum triginta novem plagarum nunquam debuit excedere, eæque flagello tripartito coram ipso judice, ut excessus, si quis fieret, attemperaret, semper exigebantur; totum hujus supplicii exequendi modum descriptum habes à Buxtorfio in Epistola dedicatoria ad Philippum Mornæum libro ejus de Abbreviaturis Hebraicis præmisso. Alterum supplicium plagarum erat מכת מרדות *plaga rebellionis* seu *contumaciæ*, cujus hic mentionem facit Maimonides; hoc non ex lege sed tantum ex placitis Rabbinorum institutum fuerat, atque ideo ut ab altero distingueretur, quod in lege præcipitur, aliquando etiam vocatur מכת מרדות דרבנן i e. *plaga rebellionis* seu *contumaciæ ex institutis Rabbinorum*; de eo sic dicit Rabbi Nathan in Aruc sub voce מרד; מי שעובר על מצות עשה שאמר לו עשה סוכה עשה לולב ואינו עושה מכין אותו עד שתצא נשמתו בלא אומד ובלא מכה משלשת וכן מי שעבר על דברי חכמים מכין אותו בלא מספר ובלא מניין ובלא אומד ולמה קורין אותו מכת מרדות שמרד בדברי i.e. *qui*

תורה ובדברי סופרים i.e. *qui transgreditur præceptum affirmativum, ut cum alicui dicitur, fac Tabernaculum, fac ramum palmæ, & is non obtemperat, percutiunt eum, donec animum exhalet, sine æstimatione, & sine numero tripartito; sic eum, qui transgreditur verba sapientum, percutiunt sine numero & æstimatione. Quare autem vocant* hanc pœnam מכת מרדות *plagam rebellionis? Eo quod* is qui illius reus est *rebellavit contra verba legis & verba scribarum;* De eodem etiam supplicio dicit Maimonides in Sanhedrin cap. 16 sect. 3. וכל מלקות שמלקין דייני חוצה לארץ בכל מקום אינה אלא מכת מרדות i.e. *Omnis verberatio, qua judices verberant in omni loco extra terram* Israelis, *nulla alia est nisi plaga rebellionis;* Et iterum in eodem tractatu cap. 18. sect. 5. כל אלו שלא קבלו עליהן ההתראה מכין אותן מכת מרדות הואיל וחטאו בכל מקום אפילו על איסור של דברי סופרים מכין אותו מכת מרדות i. e. *quicunque non recipiunt admonitionem, verberant eos plaga rebellionis quocunque modo peccant; licet scilicet peccant tantum contra illud quod prohibitum est verbis scribarum, verberant eos plaga rebellionis.* De eodem supplicio Glossatoris ad Tal. Bab. Tract. Sanhedrin verba sunt מקל מכת מרדות עד שיחזור בו i. e. *baculus ad plagam contumaciæ donec resipiscat.* Plaga igitur rebellionis gravissimum erat supplicium, quod apud Judæos non tantum in terra Israelis, sed extra etiam in usu fuerat, illius nulla erat mensura, aut determinatus modus, sed infligebatur fustibus & baculis sæpe ad mortem usque, atque ideo non nisi de gravissimis peccatoribus, iis scilicet, qui Legi aut decretis sapientum contumaciter rebellarunt, unquam exigebatur; si quis enim præceptum aliquod affirmativum legis, seu decretum sapientum neglectis monitis pergeret contumaciter violare, postquam eum contumacem seu rebellem contra Deum & Legem pronunciassent, populus in eum fustibus, baculis, & lapidibus irruebant, & si violati alicujus præcepti Legis compertus esset, ad mortem usque cædebant, sed si tantum sapientibus immorigerum se gessisset, cædebant tantum donec resipisceret, & eorum decretis obedientiam præstaret, quod verbis glossatoris supra citatis, & instantia Maimonidis in hoc loco allata manifeste declaratur.

15. Ad hæc eadem verba, quæ occurrunt in Bava Bathra fol. 8. col. 2. Sic dicit Rabbi Solomon Jarchi שיש פתחון פה לבעל הבית לומר טרוד אני *quia tum paterfamilias excusationem in promptu habet dicendo occupatus sum,* i. e. licet vespera Sabbathi paterfamilias excusationem in promptu habeat, quare tum ne det eleemosynam, dicendo occupatus sum in præparatione earum rerum, quæ ad Sabbathi observationem necessariæ sunt, nihilominus ea neglecta ab illo etiam eo tempore eleemosynas exigent.

16. Je-

16. Jeremiæ cap. 30 v. 20.

17. Nomen ſcilicet celebre & famam ob divitias, ut inde melius audiant in civitate, ampliotemque cum uxore dotem adipiſcantur.

18. Deutr. cap. 15. v. 11.

19. Hinc colligunt, quod pauper ſanguine conjunctus, cum quis eleemoſynas largiatur, præferendus eſt omnibus aliis.

20. Hinc colligunt, quod pauper propriæ familiæ præferendus eſt.

21. Hinc colligunt, quod pauper propriæ civitatis præferendus eſt.

22. חבר proprie ſignificat ſocium ſeu collegam, & ſpecialiter apud Rabbinos titulus eſt Doctoris recenter creati, qui ad hanc dignitatem promotus ſocius deinde factus eſt magiſtri ſui; Cum enim quis apud Judæos tantos in ſtudiis ſuis feciſſet progreſſus, ut à magiſtro dignus judicaretur, qui alios doceret, ab eo ad Doctoratus gradum promovebatur, ſed non ſtatim Rabbi appellabatur, ſed חבר i. e. *collega* illius à quo promotus fuerat, donec ipſe etiam ad publicum docendi munus vocaretur; & pleno Rabbinatus titulo frueretur; Abſolute etiam ſæpe uſurpatur vox חבר pro quocunque viro docto; quique aliqua civitate hoc nomen [illegible] obtinuerat, ita ut ei committerentur controverſiarum deciſiones, Legis interpretio, rerumque Eccleſiaſticarum cura חבר עיר *Doctor civitatis* vocabatur, de eo igitur dicit Rabbi Nathan in Aruc חבר עיר גדול אשר יועדו עליו כל הזקנים i. e. *Doctor civitatis eſt vir magnus, ad quem congregantur omnes ſeniores*, i. e. eſt vir doctus & legis præ cæteris peritus ad quem primates civitatis pro conſilio in rebus difficilioribus, aut circa adminiſtrationem legum, aut circa rerum Eccleſiaſticarum procurationem ſolebant convenire, dicit enim R. Solomon in Comm. ad Tractatum Tal. Bab. Megillam fol. 27. col. 2. חבר עיר תלמיד חכם המתעסק בצרכי צבור i. e. *Doctor civitatis eſt vir doctus, qui procurat res eccleſiæ.* Et ob hanc rationem ejus præcipue opera in diſtribuendis eleemoſynis utebantur. Vide infra cap 9. ſect. 7.

23. i. e. Si quis moriturus vel è civitate deceſſurus dicat hæredibus vel procuratoribus ſuis, date è facultatibus meis ducentos Denarios, &c.

CAP. VIII.

פרק שמיני

א הצדקה הרי היא בכלל הנדרים · לפיכך האומר הרי עלי סלע לצדקה · או הרי הסלע זו צדקה חייב ליתנה לעניים מיד ואם איחר עבר בבל תאחר שהרי בידו ליתן מיד ועניים מצויין הן · אין שם עניים מפריש ומניח עד שימצא עניים · ואם התנה שלא יתן עד שימצא עני אינו צריך להפריש · וכן אם התנה בשעה שנדר בצדקה או התנדב אותה שיהיו הגבאין רשאין לשנותה ולצורפה בזהב הרי אלו מותרין :

ב המתפיס בצדקה חייב כשאר הנדרים · כיצד אמר הרי סלע זו כזו הרי זו צדקה · המפריש סלע ואמר הרי זו צדקה ולקח סלע שנייה ואמר וזו הרי שנייה צדקה · ואף על פי שלא פירש :

CAP. VIII.

I. Eleemosyna *continetur* sub genere votorum, quapropter si quis dicat ecce *obligationem* in me *suscipio dare* siclum pro eleemosyna, vel *si dicat*, ecce hic siclus est eleemosyna, tenetur extemplo dare pauperibus, & si moretur, transgreditur *præceptum negativum (1) non moraberis*, nam ecce est in illius potestate statim dare, si modo pauperes præsto sint; sed si pauperes ibi non sint, separabit, & reponet donec pauperes inveniat; si vero conditionem fecerit, ut non daret, donec pauperem inveniret, non necesse est, ut separet; & sic si conditionem fecerit eo tempore quo (2) voverat eleemosynam, vel eam (2) sponte dederit *sub hac conditione*, ut licitum esset collectoribus commutare eam, vel in aurum convertere, ecce iis hoc licitum est.

II. Qui *(3)* capitur voto eleemosynarum obligatur sicut in cæteris votis, exempli gratia si quis dicat, ecce hic siclus est sicut hic, *isteque secundus sit eleemosyna*, ecce ille *etiam erit* eleemosyna; *vel si quis* separet siclum, dicatque, ecce hic siclus est eleemosyna, & *deinde* accipiat siclum secundum, dicatque & hic, ecce *iste* secundus *etiam est* eleemosyna, licet *id* non expressserit.

III. Qui

III. Qui vovit eleemosynam, & non novit quantum voverat, tenetur dare donec dicat, non tantum designavi.

IV. Sive quis dicat, ecce hic siclus est eleemosyna, sive dicat ecce in me *suscipio obligationem dare* siclum pro eleemosyna, illumque separaverit, idem est. Si quis vellet commutare *siclum, quem voverat*, pro alio, hoc ei licitum est, sed postquam pervenisset in manus Collectoris, prohibitum est eum commutare; si Collectores vellent *(4)* nummulos commutare, eosque convertere in denarios, hoc iis illicitum est; sed si ibi pauperes non sint, quibus distribuant, tum commutent eos cum aliis, sed *illi* non *commutabunt eos (5)* pro semetipsis.

V. Si aliquod commodum redundet pauperibus à detentione pecuniæ in manu Collectoris, nempe si *(6)* ea inducat alios ut dent, tum licitum est Collectori mutuo accipere eam pecuniam pauperum, & iterum solvere; eleemosyna enim non est sicut res sacra, ita ut prohibitum sit *(7)* ea uti.

VI. Si quis Synagogæ obtulerit candelabrum, vel lucernam, prohibitum est illud mutare; sed si *mutet* pro *aliqua* re *in lege* præcepta, licitum est mutare illud, etiamsi nomen illius cujus fuerat ex eo nondum deleatur, quin dicant, hoc Candelabrum vel hæc lucerna est. נ״ז N; sed

ג הנודר צרקה ולא ירע כמה נרר יתן ער שיאמר לא לכך נתכוונתי :

ד אחר האומר סלע זו צדקה או האומר הרי עלי סלע לצדקה והפרישו׳ אם רצה לשנותו באחר מותר ׳ ואם משהגיע ליד הגבאי אסור לשנותו · ואם רצו הגבאים לצרף המעות ולעשותן דינרין אינן רשאין אלא אם אין שם עניים לחלק מצרפין לאחרים. אבל לא לעצמן :

ה היה לעניים הנאה בעיכוב המעות ביר הגבאי כרי לעשות לאחרים ליתן : הרי אותו הגבאי מותר ללוות אותם המעות של עניים ופורע שהצרקה אינה כהקדש שאסור ליהנות בו :

ו מי שהתנרב מנורה או נר לבית הכנסת אסור לשנות׃ ואם לרבר מצוה מותר לשנותה · אף על פי שלא נשתקע שם בעליה מעליה אלא אומרים זו

ſi

המנורה או נר של פלוני
ואם נשתקע שם הבעלים
מעליה מותר לשנותה
אפילו לדבר הרשות:

ז. במה דברים אמורים
כשהיה המתנדב ישראל
אבל אם היה כותי
אסור לשנות אפילו לדבר
מצוה עד שישתקע שם
בעליה מעליה · שמא יאמר
הכותי הקדשתי דבר לבית
הכנסת של יהודים ומכרוהו
לעצמן:

ח. כותי שהתנדב לבדק
הבית אין מקבלין ממנו
לכתחלה · ואם לקחו ממנו
אין מחזירין לו · ואם היה
הדבר מסויים כגון קורה
או אבן מחזירין לו כדי
שלא יהא לחן דבר מסויים
במקדש שנאמר לא לכם
ולנו · אבל לבית הכנסת
מקבלין מהן לכתחלה:
והוא שיאמר בדעת ישראל
הפרשתי · ואם לא אמר
טעון גניזה · שמא לבו
לשמים: ואין מקבלים מהם
לחומת ירושלם ולאמת
המים שבה שנאמר ולכם

si ex eo deletum sit nomen illius, cujus fuerat, licitum est mutare illud, *immo* licet sit pro re (8) indifferenti.

VII. In quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum qui illud obtulerat sit Israelita; sed si Gentilis sit, qui illud obtulerat, prohibitum est illud mutare, licet sit pro re *in lege* præcepta, donec ex eo deleatur nomen illius cujus fuerat, ne forte dicat Gentilis, consecravi rem in usum Synagogæ Judæorum, iique vendiderunt illam pro semetipsis.

VIII. Si Gentilis obtulerit aliquid in reparationem templi, illud non accipient ab eo ex proposito; si vero acceperint, non iterum ei remittent; sed si illud quod oblatum fuerat sit res insignis, exempli gratia trabs vel lapis, tenentur eam iterum remittere, ne scilicet Gentiles habeant *aliquam* rem insignem in sanctuario; nam dictum est (9) *non vobis sed nobis*; sed in usum Synagogæ accipient *oblationem à Gentili etiam* ex proposito, si modo dicat ille, consecravi hoc juxta mentem Israelitarum, si vero hoc non dicat, (10) illud seorsum reponatur, forte enim mens illius erat erga Deum; non autem accipient *aliquid* ab eo ad exstruendum murum Hierosolymitanum, aut ad reparandos (11)

L aquæ-

aquæductus, qui sunt Hierosolymis; nam dictum est (12) *vobis non erit portio aut memoria Hierosolymis.*

אין חלק חכרון בירושלים:

IX. Prohibitum est Israelitæ accipere eleemosynas à Gentilibus in publico, sed si non possit vivere ex eleemosynis Israelitarum, nec possit à Gentilibus accipere clam, ecce hoc ei licitum est. Si Rex, seu Princeps *aliquis* è Gentilibus mitteret pecuniam Israelitis in eleemosynam, non iterum ei transmittent pacis cum *eo* regno *conservandæ* gratia, sed accipient ab eo, & dabunt pauperibus Gentilibus clam, ne audiat hoc Rex, *qui obtulerat*.

ט אסור לישראל ליטול צדקה מן הכותים בפרהסיא׳ ואם אינו יכול לחיות בצדקה של ישראל ואינו יכול ליטלה מן הכותים בצנעה הרי זה מותר: ומלך או שר מן הכותים ששלח ממון לישראל לצדקה אין מחזירין אותו לו משום שלום מלכות: אלא נוטלין ממנו וינתן לעניי כותים בסתר כדי שלא ישמע המלך:

X. Redimere captivos prius *curandum* est, quam nutrire pauperes, aut vestire eosdem; non enim tibi *datum est* præceptum æque magnum, ac illud quod est de redemptione captivorum, nam ecce captivi (13) sunt in numero famelicorum, sitibundorum, nudorum, eorumque, qui sunt in periculo vitæ, qui igitur abscondit oculos suos à redemptione eorum, ecce ille transgreditur *præceptum negativum*, (14) *non obdurabis cor tuum, neque occludes manum tuam* [*adversus fratrem tuum qui eget*]; & etiam negativum hoc, (15) *non stabis contra sanguinem proximi tui*; & hoc (16) *non dominabitur ei cum savi-*

י פדיון שבויים קודם לפרנסת עניים ולכסותם׳ ואין לך מצוה גדולה כפדיון שבויים שהשבוי הרי הוא בכלל הרעבים והצמאים והערומים ועומד בסכנת נפשות: והמעלים עינו מפדיונו הרי זה עובר על לא תאמץ את לבבך ולא תקפוץ את ידך ועל לא תעמוד על דם רעך ועל לא ירדנו בפרך

sævitia in conspectu tuo; violat etiam præceptum affirmativum, (17) *liberaliter aperies manum tuam illi*; & præceptum affirmativum; (18) *& vivat frater tuus tecum*; & etiam hoc (19) *& diliges proximum tuum æque ac te ipsum*; & (20) *eripe eos qui rapiuntur ad mortem*; & multa alia his similia; non enim tibi datum est præceptum tam amplum, quam illud quod est de redemptione captivorum.

XI. Si viri civitatis collegerint pecuniam pro exstructione Synagogæ, interveniatque iis *aliqua* res *in Lege* præcepta, pecuniam in eam erogabunt; sed si comparaverint lapides, & trabes, non vendent eas gratia *alicujus* rei in Lege præceptæ, nisi solius redemptionis captivorum; licet *autem* adduxissent lapides eosque excidissent, & trabes easque dolassent, omniaque in ædificium præparassent, omnia tamen vendent gratia redemptionis captivorum solius, sed si *ædificium* extruxissent, (21) perficient illud, & non *omnino* vendent Synagogam, sed colligent pecuniam pro redemptione eorum ab Ecclesia.

XII. Non redimebant captivos pretio quod sit plus justo, ob conservationem mundi, ne hostes *scilicet* persequantur eos, ut capiant; nec fugam captivis procurabunt *etiam* ob conservationem mundi, ne hostes *scilicet* aggravent supra eos

לעיניך · ובטל מצות פתח תפתח את ידך לו · ומצות וחי אחיך עמך ואהבת לרעך כמוך והצל לקוחים למות והרבה דברים כאילו ואין לך מצוה רבה כפריון שבוים :

יא אנשי העיר שגבו מעות לבניין בית הכנסת ובא להן דבר מצוה מוציאין בו המעות · קנו אבנים וקורות לא ימכרום לדבר מצוה אלא לפריון שבויים · אף על פי שהביאו את האבנים ונררום ואת הקורות ופסלום והתקינו הכל לבניין מוכרין הכל לפריון שבויים בלבד · אבל אם בנו ינמרו ולא ימכרו את בית הכנסת אלא יגבו לפריונן מן הציבור :

יב אין פורין את השבויים ביתר על דמיהן מפני תקון העולם שלא יהיו האויבים רודפים אחריהן לשבותם ; ואין מבריחין את השבויים

מפני תקון העולם שלא יחיו האויבים מכבירין עליהן את העול ומרבין בשמירתן:

captivitatis jugum, multoque arctiori coerceant custodia.

יג מי שמכר עצמו ובניו לכותים או שלוה מהן ושבו אותן או אסרוהו בהלואתן פעם ראשונה ושנייה מצוה לפדותן · שלישית אין פודין אותן: אבל פודין את הבנים לאחר מיתת אביהן · ואם בקשוהו להורגו פודין אותו מידם אפילו אחר כמה פעמים:

XIII. Si quis vendat semetipsum & filios suos Gentilibus, vel si mutuatus sit ab iis, illique capiant filios ejus, vel si vinciant illum ob debitum eorum, pro prima & secunda vice præceptum est redimere eos, tertia autem vice non tenentur eos redimere, rediment autem filios post mortem patris eorum; sed si occasionem quærant eum occidendi, tenentur redimere eum è manibus eorum, licet post multas vices.

יד עבד שנשבה הואיל וטבל לשם עבדות וקבל עליו מצות פודין אותו כישראל שנשבה · ושבוי שהמיר אפילו למצוה אחת כגון שהיה אוכל נבלה להכעיס וכיוצא בו אסור לפדותו:

XIV. Si servus captus sit, postquam (22) baptizatus fuerat (23) in nomine servituris *accepta*, & præcepta in se susceperat *observanda*, tenentur redimere eum, sicut Israelitam qui captus fuerat; sed si captivus religionem suam deseruerit, licet in uno tantum præcepto (exempli gratia (24) si edat morticinum ad irritandum) vel in aliquo alio huic simili, prohibitum est eum redimere.

טו האשה קודמת לאיש להאכיל ולכסות ולהוציא מבית השבי · מפני שהאיש דרכו לחזור לא האשה ובושתה מרובה · ואם

XV. Fœmina prius viro est nutrienda, vestienda, & educenda è domo captivitatis, quoniam viro in more est circumire *mendicando*, non autem fœminæ, & major etiam est illius verecundia; sed si utrique

fuerint

fuerint in captivitate, & utrosque postulaverint ad rem turpem, vir prius redimendus est, quia contra illius naturam est (25) sic *ad rem turpem adhiberi.*

XVI. Si orphanus & orphana veniant, *petantque*, ut despondeant eos, prius despondebunt fœminam quam virum, quia verecundia fœminæ major est; & non minus dabunt illi quam (26) pondus sex denariorum & quartæ partis denarii ex argento puro; & si aliquid sit in (27) loculo eleemosynario, dabunt ei pro dignitate illius.

XVII. Si sint ante oculos multi pauperes, vel multi captivi, & non tantum sit in loculo eleemosynario quantum vel nutriat, vel vestiat, vel redimat eos omnes, tum præferent (28) sacerdotem Levitæ, Levitam Israelitæ, Israelitam profano, profanum spurio, & spurium collectitio, & collectitium, ei qui è conjugio ortus est illegitimo, eumque qui è conjugio ortus est illegitimo Nethinæo, & Nethinæum proselyto, Nethinæus enim educatur nobiscum in Sanctuario, Proselytus autem præferendus est servo manumisso, quia ille fuit in numero (29) maledictorum.

XVIII. In quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum utrique sint æquales sapientia; si vero pontifex summus

היו שניהם בשביה ונתבעו
שניהן לדבר עבירה האיש
קודם לפדיה לפי שאין
דרכו לכך:

יו יתום ויתומה שבאו
להשיא משיאין
האשה קודם לאיש מפני
שבושתה של אשה
מרובה ולא יפחתו לה
ממשקל ששה דינרים
ורביע דינר של כסף טהור
ואם יש בכיס של צדקה
נותנין לה לפי כבודה:

יז היו לפנינו עניים הרבה
או שבויים הרבה ואין
בכיס כדי לפרנס או כדי
לכסות או כדי לפדות את
כולן מקדימין את הכהן
ללוי ולוי לישראל
וישראל לחלל וחלל
לשתוקי ושתוקי לאסופי
ואסופי לממזר וממזר
לנתין ונתין לגר שהנתין
גדל עמנו בקדושה וגר
קודם לעבד משוחרר לפי
שהיה בכלל ארור:

יח במה דברים אמורים
בשהיו שניהן שוין בחכמה

fit

אבל אם היה כהן גדול עם הארץ וממזר תלמיד חכם קודם תלמיד חכם· וכל הגדול בחכמה קודם את חברו· ואם היה אחד מהן רבו או אביו אף על פי שיש שם גדול מהן בחכמה רבו או אביו שהוא תלמיד חכם קודם לזה שהוא גדול מהם בחכמה:

sit vir rudis, & qui è conjugio nascitur illegitimo sit vir doctus, vir doctus est præferendus, & quicunque est major Sapientia præferendus est socio suo; sed si unus eorum sit magister, vel pater illius, *qui redimit*, licet ibi aliquis sit, qui sapientia major est, magister tamen illius vel pater illius, qui est vir doctus, præferendus est ei, qui est sapientia major.

Notæ ad Cap. VIII.

1. Deutr. cap. 23. v. 21.

2. De differentia, quæ sit inter נדר votum, & נדבה voluntariam oblationem, sic Maimonides in tract. de sacrificiis offerendis c. 14 sect 4,5.

אי זה הוא נדר ואי זו היא נדבה:: האומר הרי עלי עולה או הרי עלי שלמים או הרי עלי מנחה או הרי דמי בהמה זו עלי עולה או שלמים זהו הנדר· אבל האומר הרי בהמה זו או דמי בהמה זו עולה או שלמים או הרי העשרון הזה מנחה הרי זו נדבה· מה בין נדרים לנדבות שהנודר אם הפריש קרבנו ואבד או נגנב חייב באחריותו עד שיקריב כמו שנדר· והמתנדב ואמר זו אם מת או נגנב אינו חייב באחריותו

i. e. Quid est votum, & quid est oblatio voluntaria? *Resp.* Si quis dicat ecce in me recipio holocaustum, vel ecce in me recipio sacrificia pacifica, vel ecce in me recipio libamen, vel ecce in me recipio pretium hujus pecoris in holocaustum, vel in pacifica; hoc votum est. Sed si dicat ecce hoc pecus, vel pretium hujus pecoris erit pro holocausto, vel pro sacrificio pacifico, vel si dicat ecce decima ista *Ephæ similæ* erit pro libamine; ecce hoc est oblatio voluntaria. Quænam est differentia inter vota & oblationes voluntarias? *Resp.* Qui voto obstrictus est, si postquam aliquid pro sacrificio separasset, id perderetur, aut furto surriperetur, obligatur ad reparationem damni eousque donec offerat quantum voverat; sed qui voluntariam oblationem promiserat, si ea moreretur, vel furto surriperetur, non omnino obligatur ad damni reparationem. Vide etiam eundem Maimonidem in tractatu de votis cap. 1. sect. 3.

3. i. e.

3. i. e. Qui se ex improviso obstringit voto eleemosynarum.

4. i. e. Si vellent obolos, aliosve nummulos minutiores, quos a populo collegerunt, in nummos majoris valoris uti denarios commutare, (5) licitum est iis hoc facere, si modo commutent cum aliis; ipsis autem collectoribus omnino prohibetur eos mutare pro denariis è pecunia sua, ne proprii commodi gratia inter commutandum pauperes fraudarent.

6. Nempe eam ostendendo, aliorumque liberalitatem iis à quibus eleemosynam petunt pro exemplo proponendo.

7. i. e. Ad usus profanos adhibere, postquam enim res sacrata fuerat, usibus profanis omnino prohibebatur, eleemosyna autem non item.

8. i. e. Pro re nullo præcepto mandata.

9. Ezræ cap. 4. v. 3.

10. Eodem scilicet modo quo lapides altaris tempore Maccabæorum (Macc. lib. 1. cap. 4. v. 46.) utpote de quo dubium est, an ad usum sacrum rite adhiberi possit, vel non.

11. De Aquæductibus, qui Hierosolymis fuerant, vide Josephum Antiq. lib. 18. cap. 4. & Belli Judaici lib. 2. cap. 14. & Aristæum in Historia LXX Intepretum.

12. Nehemiæ cap. 2. v. 20.

13. Captivi enim, cum, quamdiu in hostium potestate sunt, non tantum pro rebus ad vitam tuendam necessariis, sed etiam pro ipsa vita ab eorum pendeant arbitrio, & victu, & potu, & vestibus indigere, continuoque in vitæ periculo esse bene possunt supponi.

14. Deut. cap. 15. v. 7.

15. Levit. 19. v. 16.

16. Levit. 25. v. 53.

17. Deut. 15. v. 8.

18. Levit. 25. v. 36.

19. Levit. cap. 19. v. 18.

20. Proverb. cap. 24. v. 11.

21. i. e. Si Lapides aut trabes exstruxissent in ædificio, non iterum diruent, ut vendant, sed pergent opus inceptum absolvere.

22. i. e. Si per baptismum initiatus fuisset in Judaismum, & proselytus Justitiæ factus fuisset; vide infra tractatum de Proselytis cap. 1.

23. i. e. In nomine servi, ita ut post proselytismum servus maneret illius, cujus antea fuerat; servus enim cum proselytus factus esset, nisi in ipso actu Baptismi libertate donandus esset, desertis verbis baptizabatur לשם עבדות *in nomine servitutis retentæ*; sic enim domino cautum erat, ne per proselytismum servus illius liber fieret; atque ideo cum servus baptizatus esset, Dominus eum superne inclinans in aquis cohibebat, nec ascendere sinebat, usque dum verbis aut Domini sive ipsius disertis Baptismum ejus nomine servitutis retentæ fieri pronunciaretur, nisi enim hoc cautum esset, quicunque in proselytismum justitiæ admissus fuerat, simul etiam pleno libertatis jure donabatur.

24. Morticinum enim comedere in Lege prohibitum est, Levit. 22. v. 8. si quis igitur voluntarie, & ex industria morticinum comedisset, ex eo

facto

facto quippe inter Gentiles commisso totam Legem renunciasse supponebatur, atque ideo pro Apostata deinceps habitus fuerat, sed si quis ex ignorantia tantum seu necessitate hoc fecisset, tam gravem non incurrebat censuram.

25. Contra enim naturam viri est ad rem turpem more Sodomitico adhiberi.

26. i. e. Pondus sex drachmarum.

27. Scilicet in eo, qui penes est Collectores eleemosynarum.

28. In tractatu Misnico Kiddushim c. 4 sect. 1; numerantur decem stirpes eorum, qui Babylone ascenderunt, & terram Israeliticam post solutam captivitatem habitarunt. 1. כהני *Sacerdotes*. 2. לוי *Levitae*. 3. ישראל *Israelitae*. 4. חללי *Profani*, scilicet quoad Sacerdotium, utpote qui patribus sacerdotibus orti fuerant, at matribus toro Sacerdotali non idoneis. De iis vide Maimonidem in Issure Biah cap. 19. 5. גירי *Proselyti*; de iis vide infra in tractatu de Proselytis. 6. חרורי *Liberti* seu servi manumissi. 7. ממזירי *Nothi*; è conjugio orti sed incestuoso, de iis sic Maimonides in Issure Biah cap. 15. sect. 1. אי זהו ממזר האמור בתורה זה הבא מערוה מן העריות חוץ מן הנדה שהבן ממנה פגום ואינו ממזר אבל הבא על שאר העריות בין באונס בין ברצון בין בזדון בין בשגגה הולד ממזר ואחד זכרים ואחד נקבות אסורין לעולם שנאמר גם דור עשירי כלומר לעולם i. e. Quis est nothus de quo dicitur in Lege? *Resp.* Is est qui natus est aliquâ ex iis fœminis quarum pudenda denudari prohibentur, excepta fœmina menstruata; qui enim nascitur ex ea deturpatur, sed non est nothus: sed qui concumbit cum aliqua alia fœmina ex iis, quarum pudenda ab eo denudari prohibentur, sive per vim, sive ex consensu, sive voluntarie, sive ex ignorantia, gignit nothum; & sive sunt viri, sive fœminæ, qui ex tali coitu generantur, Sanctuario in æternum prohibentur; nam dictum est (Deut. 23. v. 2.) *non ingreditur ne quidem generatione decima*, quod idem est ac si diceretur, non ingreditur in æternum. 8. נתיני *Nethinæi*, ii scilicet qui à Gibeonitis orti fuerant, quos Josua communes servos ad hauriendas aquas & secanda ligna in usum Sanctuarii constituerat, Josuæ cap. 9. v. 27. ubi cum dicitur ויתנם *& dedit eos*, inde vocati fuerant נתינים *Nethenim*, i. e. dati seu dedicati, ad munia scilicet Sanctuarii obeunda; atque ideo de iis dicitur in hoc loco: הנתין גדל עמנו בקדושה *Nethinæi educantur nobiscum in Sanctuario*, adjuncti enim erant Levitis, ut iis in obeundis Sanctuarii muniis ministrarent, Ezræ cap. 8. v. 20. 9. שתוקי *Spurii*, certæ scilicet matris & patris incerti. 10. אסופי *Collectitii*, qui scilicet in plateis expositi ibi inveniuntur patre matreque incertis orti. Hæc sunt omnia eorum hominum genera, qui post captivitatem Babylonicam Ecclesiam Judaicam constituebant, quæ hic in Maimonide juxta dignitatis locum, quem inter se habuerant, recensentur.

29. Servi enim Chananæi in numero maledictorum à Judæis reputantur, quia filii maledicti Canaani, vid. Genes. c. 9 v. 25.

CAP.

פרק תשיעי

א כל עיר שיש בה ישראל חייבין להעמיד מהם גבאי צדקה אנשים ידועים ונאמנים שיהיו מחזרין על העם מערב שבת לערב שבת לוקחין מכל אחד ואחד מה שהוא ראוי ליתן ודבר הקצוב עליו· והן מחלקין המעות מערב שבת לערב שבת ונותנין לכל עני ועני מזונות המספיקין לשבעה ימים וזו היא הנקרא קופה:

ב וכן מעמידין גבאין שלוקחין בכל יום ויום מכל חצר וחצר פת ומיני מאכל או פירות או מעות ממי שמתנדב לפי שעה· ומחלקין את הגבוי לערב בין העניים ונותנין לכל עני ממנו פרנסת יומו וזהו הנקרא תמחוי:

ג מעולם לא ראינו ולא שמענו בקהל מישראל שאין להן קופה של צדקה· אבל

CAP. IX.

I. Israelitæ in unaquaque civitate, quam incolunt, tenentur ex se constituere Collectores Eleemosynę, viros notos & fideles, qui populum circumibunt, ut accipiant à singulis, quod iis convenit dare, quodque iis (1) impositum est, illique distribuent pecuniam singulis vesperiis Sabbathi, dabuntque singulis pauperibus alimentum, quantum sufficiat pro septem diebus; & hoc vocatur קופה Kupha, i. e. *Eleemosyna* (2) *Cista*.

II. Eodem modo constituent Collectores, qui accipient quotidie à unaquaque domo frusta panis, omniaque cibi genera, vel etiam fructus, vel pecuniam, ab unoquoq; qui sponte dabit pro eo tempore, & vespere quod collectum est inter pauperes distribuent, dabuntque singulis eorum alimentum, quantum sufficiat pro eo die, & hoc vocatur תמחוי Tamchoi, i. e. *Eleemosyna* (3) *Catini*.

III. Ab æterno nec vidimus, nec audivimus, quod in aliqua congregatione Israelitica deesset Cista eleesynaria; sed quoad Catinum, alii sunt

M loci,

loci, quibus consuetudo est eum habere, & alii sunt quibus consuetudo est non habere; Consuetudo autem hodie est ubique locorum observata, ut Collectores sint, qui circumeunt quotidie, & singulis vesperiis Sabbathi distribuunt, *quod collegerunt.*

IV. Diebus jejunii tenentur Israelitæ alimenta pauperibus distribuere; quocunque enim die jejunii populus (4) comedunt, cubitumque eunt, & non distribuunt (5) eleemosynam pauperibus, *fiunt inde* sicut effusores sanguinis, de iisque hoc dictum est (6) in Prophetis (7) *justitia habitabat in ea, sed nunc homicidæ.* In quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum non dent iis panem, & fructus, quibuscum panem comedant, exempli gratia dactylos & uvas; sed si detineant pecuniam, & triticum, non *fiunt inde* sicut effusores sanguinis.

V. Eleemosyna Cistæ non collecta fuit nisi per duos, nullum enim in ecclesia constituunt magistratum circa res pecuniarias, qui *exercetur* per pauciores, (8) quam duos; unius vero fidei licitum est committere pecuniam Cistæ; sed ea non distribuenda est nisi per tres, quoniam hoc est (9) instar judicii pecuniarii, singulis enim dant, quantum satis est indigentiæ eorum in septimanam. Eleemosyna autem Catini colligitur per tres, quia

תמחוי יש מקומות שנהגו
בו ויש מקומות שלא נהגו
בו · והמנהג הפשוט היום
שיהיו גבאי הקופה מחזרין
בכל יום ומחלקין מערב
שבת לערב שבת:

ד בתעניות מחלקים
מזונות לעניים· וכל תענית
שאכלו העם ולנו ולא חלקו
צדקה לעניים הרי אלו
כשופכי דמים ועליהם
נאמר בקבלה צדק ילין בה
ועתה מרצחים במה דברים
אמורים בשלא נתנו
להן הפת והפירות
שאוכלים בהם הפת כגון
תמרים וענבים · אבל אם
אחרו המעות או החטים
אינן כשופכי דמים:

ה הקופה אינה נגבית
אלא בשתים שאין עושים
שררה על הצבור בממון
בפחות משנים · ומותר
להאמין לאחד המעות של
קופה · ואינה נחלקת אלא
בשלשה מפני שהיא כדיני
ממונות · שנותנים לכל
אחד די מחסורו לשבת:

non

והתמחוי נגבה בשלשה שאינו דבר קצוב ומתחלק בשלשה:

non est (10) res fixa, & pariter distribuitur per tres.

ז התמחוי נגבה בכל יום· והקופה מערב שבת לערב שבת· והתמחוי לעניי עולם· והקופה לעניי אותה העיר בלבד:

VI. Eleemosyna Catini collecta fuit quotidie; Eleemosyna vero Cistæ singulis vesperiis Sabbathi: Eleemosyna Catini est pro pauperibus *quibuscunque totius* mundi; Eleemosyna vero Cistæ pro pauperibus istius civitatis solomodo.

ז רשאין בני העיר לעשות קופה תמחוי· ותמחוי קופה· ולשנותן לכל מה שירצו מצרכי צבור· ואף על פי שלא התנו כן בשעה שגבוי ואם היה במדינה חכם גרול שהכל גובין על דעתו והוא יחלק לעניים כפי מה שיראה· הרי זה רשאי לשנותן לכל מה שיראה לו מצרכי צבור:

VII. Incolæ civitatis jus habent convertere Eleemosynam Cistæ in Eleemosynam (11) Catini; & Eleemosynam Catini in Eleemosynam (12) Cistæ; & commutare eas pro quacunque re voluerint ex iis quæ sunt necessariæ *in usum* Ecclesiæ, immo licet (13) hanc conditionem non fecissent eo tempore quo collegerunt; & si sit (14) Doctor celebris in ea civitate, in cujus arbitrium omnes colligunt, ita ut ipse distribuat pauperibus, juxta quod ei videbitur, ecce ille jus habet commutare eas pro quacunque re ei videbitur esse Ecclesiæ necessaria.

ח גבאי צדקה אין רשאין לפרוש זה מזה בשוק· אלא כדי שיהיה זה פורש לשער וזה פורש לחנות וגובין:

VIII. Collectores Eleemosynæ non debent in foro (15) à se invicim decedere, nisi ut hic decedat ad ostium, & ille ad tabernas ut collegant *Eleemosynas*.

ט מצא הגבאי מעות בשוק לא יתנם לתוך כיסו אלא לתוך ארנקי של צדקה וכשיגיע לביתו יטלם:

IX. Si Collector eleemosynæ *Cista* inveniat pecuniam in foro, (16) non reponet eam in loculo suo, sed ponet in Cista eleemosynaria, & cum domum redeat, inde eam iterum tollet.

X. Si unus è Collectoribus *cistæ* minam mutuo dedisset socio suo, isque ei solverit in foro, *(16)* non reponet eam in loculo suo, sed ponet in in Cista eleemosynaria, & cum domum veniat, inde iterum tollet. Collectores non numerabunt pecuniam Cistæ ambo simul, sed singuli seorsum suspicionis *vitandæ* gratia, nam dictum est *(17) eritis puri coram Deo & (18) coram Israele.*

י היה הגבאי נושה בחברו מנה ופרעו בשוק לא יתנם לתוך כיסו· אלא לתוך ארנקי של צדקה· וכשיגיע לביתו יטלם· ולא ימנה מעות הקופה שנים שנים אלא אחד אחד מפני החשד שנאמר והייתם נקיים מיהוה ומישראל:

XI. Collectores (19) Eleemosynæ, si pauperes non adsint quibus distribuant, commutent nummulos, *quos collegerunt*, pro denariis cum (20) aliis, sed non pro semetipsis. Collectores Catini, si pauperes non adsint quibus distribuant, *quod collegerunt*, vendant aliis, sed non sibimetipsis. Nullam rationem exigunt de eleemosyna à Collectoribus eleemosynæ, sicut nec de re consecrata rationem exigunt à (21) Thesaurariis templi; nam dictum est, (22) *veruntamen nulla ab iis exigebatur ratio pecuniæ, quæ tradita fuit in manus eorum, nam bona fide agebant.*

יא גבאי צדקה שאין להם עניים לחלק מצרפין המעות דינרין לאחרים אבל לא לעצמן· גבאי תמחוי שאין להם עניים לחלק מוכרים לאחרים ואין מוכרים לעצמם· ואין מחשבים בצדקה עם גבאי צדקה· ולא בהקדש עם הגזברין שנאמר אך לא יחשב אתם הכסף הנתן על ידם כי באמנה הם עושים:

XII. Quicunque commoratur in aliqua civitate triginta dies, cogunt eum dare eleemosynam Cistæ cum *cæteris* incolis civitatis; si commoratus sit in ea tres menses, cogunt eum dare eleemosynam Catino; si ibi commoratus sit sex menses, cogunt eum dare eleemosynam pro vestibus,

יב מי שישב במדינה שלשים יום כופין אותו ליתן צדקה לקופה עם בני המדינה· ישב שם שלשה חדשים כופין אותו ליתן התמחוי· ישב שם ששה

quâ

חרשים כופין אותו ליתן צדקה בכסות שמכסים בה עניי העיר· ישב שם תשעה חרשים כופין אותו ליתן צדקה לקבורה שקוברין בה את העניים ועושין להם כל צרכי קבורה:

יג מי שיש לו מזון שני סעודות אסור לו ליטול מן התמחוי· היו לו מזון ארבע עשר סעודות לא יטול מן הקופה· היו לו מאתים זוז אף על פי שאינו נושא ונותן בהם הרי זה לא יטול לקט שכחה ופאה ומעשר עני· היו לו מאתים חסר דינר אפילו אלף נותנין לו כאחד הרי זה מותר ליקח· היו בידו מעות והרי הן עליו חוב או שהיו ממושכנים לכתובת אשתו הרי זה מותר ליקח:

יד עני שצריך ויש לו חצר וכלי בית אפילו היו לו כלי כסף וכלי זהב אין מחייבין אותו למכור את ביתו ואת כלי תשמישו אלא מותר ליקח ומצוה ליתן לו· בבה

quâ *scilicet* vestes comparent pro pauperibus civitatis; si vero ibi commoratus fuerit novem menses, cogunt eum dare eleemosynam pro sepulturis, quâ *scilicet* sepeliant pauperes civitatis, omniaque comparent ad eorum sepulturam necessaria.

XIII. Si quis habeat victum pro duabus refectionibus, (23) prohibetur aliquid accipere è Catino eleemosynario; si habeat victum pro quatuordecim refectionibus, (24) nihil accipit è Cista eleemosynaria. Si quis habeat ducentos (25) zuzos, *(26)* licet cum iis non negotietur, ecce ille prohibetur accipere aut spicilegium, aut rem oblivione relictam, aut angulum, aut decimas pauperum; sed si habeat ducentos minus uno denario, licet mille simul ei dona largiantur, jus habet *(27)* ea accipere; si habeat in manu sua pecuniam, quin ecce ea est æri alieno obnoxia, vel pro dote uxoris oppignorata, ecce ille jus habet accipere *(28)*.

XIV. Si pauper sit qui *(29)* indiget, habeatque ille ædes, & supellectilia, licet sint argentea vel aurea, non cogunt eum vendere ædes suas, vel supellectilia sua, sed licet ei *(30)* accipere dona pauperum & præceptum est dare ei. Quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum supellectilia sint

ſint vaſa eſui vel potui neceſſaria, vel veſtimenta, vel ſtrata, vel his ſimilia; ſed ſi ſint vaſa aurea, vel vaſa argentea, (31) qualia ſunt ſtrigilis, aut piſtillum, & his ſimilia, vendet ea, & emet, quæ ſunt vilioris pretii. In quo caſu dicta ſunt hæc? *Reſp.* Cum ille nondum pervenerit ad hanc conditionem, ut eleemoſynas peteret à populo, poſtquam enim petiit eleemoſynam, cogant eum vendere ſupellectilia ſua, & emere alia, quæ ſunt viliorıs pretii, & deinde accipiet elemoſynam.

דברים אמורים בכלי אכילה ושתיה ומלבוש ומצעות וכיוצא בהן· אבל אם היו כלי כסף וכלי זהב כגון מגררה או עלי וכיוצא בהן מוכרין ולוקח פחות מהן׳ במה דברים אמורים: קודם שיגיע לגבות מן העם אבל אחר שגבה הצדקה מחייבין אותו למכור כליו ולוקח אחרים פחותין מהם ואחר כך יטול:

XV. Si paterfamilias proficiſcatur à civitate ad civitatem, omniſque illius pecunia in itinere abſumatur, & deinde non habeat, quod comedat, ecce ille jus habet accipere ſpicilegium, rem oblivione relictam, angulum & decimas pauperum, & etiam commodum habere ex eleemoſyna, & cum iterum domum redeat, non obligatur ad reſtituendum; ecce enim eo tempore, *quo dona pauperum acceperat*, pauper erat; ecce ergo cui ſimilis eſt hic? *Reſp.* Pauperi, qui dives evaſit, qui non obligatur ad reſtituendum, *quod ex donis pauperum acceperat.*

טו· בעל הבית שהיה מהלך מעיר לעיר ותמו לו המעות בדרך ואין לו עתה מה יאכל הרי זה מותר ליקח לקט שכחה ופאה ומעשר עני וליהנות מן הצדקה· ולכשיגיע לביתו אינו חייב לשלם שהרי עני היה באותה שעה: הא למה זה דומה לעני שהעשיר שאינו חייב לשלם:

XVI. Si quis pauper ſit, qui habet domos, agros, & vineas, quas ſi vendat tempore hiberno, vili pretio vendat neceſſe eſt, quin ſi reſervet uſque ad tempus æſtivum,

יו מי שהיו לו בתים שדות וכרמים ואם מוכרן בימי הגשמים מוכרן בזול· ואם הניחן עד ימות החמה

justo

מוכרן בשויהן· אין מחייבין אותו למכור אלא מאכילין אותו מעשר עני עד חצי רמיהן ולא ירחוק עצמו וימכור שלא בזמן מכירה:

juſto pretio venditurus ſit, non cogent eum vendere, ſed victum ei ſuppeditabunt è decimis pauperum uſque ad dimidium valoris earum *domuum, agrorum, vel vinearum, quas venditurus ſit*, & non adigetur vendere *eas*, eo tempore, quod non eſt *opportunum* venditioni *earum*.

יז היו שאר האדם לוקחין ביוקר והוא אינו מוצא שיקח כמנו אלא בזול מפני שהוא דחוק וטרוד אין מחייבין אותו למכור: אלא אוכל מעשר עני והולך עד שימכור בשוה וידעו הכל שאינו דחוק למכור:

XVII. Si cæteri homines emant magno pretio, ipſeque non inveniat, qui emet ab eo niſi vili pretio, quia ille ad anguſtias redigitur, & *paupertate* premitur, non cogent eum vendere, quin edat è decimis pauperum, & maneat, donec poſſit vendere juſto pretio, cognoſcantque omnes, quod non ex indigentia compellatur vendere.

יח עני שגבו לו כדי להשלים מחסורו והותירו על מה שהוא צריך הרי המותר שלו· ומותר עניים לעניים· ומותר שבויים לשבויים· מותר שבוי לאותו שבוי· מותר מתים למתים· מותר המת ליורשיו:

XVIII. Si colligant pro paupere, ut relevent indigentiam illius, & plus colligant, quam quo opus habet, ecce ſuperfluum *etiam* ad eum pertinet; nam (32) ſuperfluum *in eleemoſynis* pauperum ad pauperes *pertinet*, & ſuperfluum *in eleemoſynis pro redemptione* captivorum ad captivos, ſuperfluum *ſcilicet in Eleemoſynis pro redemptione unicujuſque* captivi ad ipſum captivum, & ſuperfluum *in eleemoſynis pro ſepultura* mortuorum ad ipſos mortuos, ſuperfluum *ſcilicet pro ſepultura unicujuſque* mortui ad hæredes illius.

יט עני שנתן פרוטה לתמחוי או פרוטה לקופה מקבלים ממנו· ואם לא נתן

XIX. Si pauper det (33) prutam Catino, vel prutam Ciſtæ, *Collectores* accipiunt ab eo, & ſi non det, non

non cogunt eum dare; & cum dent ei novas vestes, si iis reddat ille veteres suas, accipiunt ab eo, & si non reddat, non cogunt eum reddere illas.

אין מחייבין אותו ליתן· נתנו לו בגדים חדשים והחזיר להן את השחקין מקבלין ממנו· ואם לא נתן אין מחייבין אותו ליתן:

Notæ ad Cap. IX.

1. Scilicet à Synedrio vide supra cap. 7. sect. 10. hæc enim Eleemosyna Cistæ erat res fixa & à senioribus imposita.

2. Quia pecunia collecta in cista ponebatur, quam collectores secum circumferebant.

3. Quia frusta panis, aliaque cibi genera, quæ collecta fuerant, in magno catino, quem Collectores secum circumferebant, ponebantur.

4. Scilicet post finitum jejunandi tempus.

5. Ubique enim Judæi in jejuniis suis eleemosynas colligunt pro pauperibus, quibus illi releventur post finitum jejunandi tempus.

6. Vox textus est בקבלה i.e. *in Cabbala*, Cabbala autem apud Judæos proprie significat consuetudines, constitutiones, & legis interpretationes per traditionem acceptas, à Themate קבל *kibbel* accepit, eas enim acceperunt à patribus suis, Prophetæ scilicet, uti dicunt illi, à Mose, & viri Synagogæ magnæ à Prophetis, & alii rursus ab illis, & sic deinceps. In Talmudicis autem scriptoribus vox קבלה aliquando etiam sumitur pro scriptis Prophetarum, inquit enim author Halicoth Olam lib. 2. c. 1. *verba prophetarum non vocantur nisi* דברי קבלה i. e. *verba Cabbalæ quia* קבלו *acceperunt à spiritu sancto unamquamque prophetiam pro ratione temporis, personarum, rerum* &c. quâ etiam significatione vox usurpatur in Misna tract. Taanith c. 2. sect. 1. ibi enim legitur ובקבלה הוא אומר וקרעו לבבכם ואל בגדיכם i.e. *& in Cabbala dicit, Lacerate corda vestra, & non vestes vestras*, i.e. in Prophetis, locus enim citatus est in Joele cap. 2. v. 13, & ad hæc verba annotat glossator בקבלה בדברי נביאים *in Cabbala*, i. e. *in verbis prophetarum.* In Talmude etiam Hierosolymitano tract. Horaioth cap. ult. fol. 50. col. 4. sic scriptum legimus ועליו הוא מפורש בקבלה גולמי ראו עיניך i. e. *& de eo scriptum est expresse in Cabbala; Massam meam viderunt oculi tui*; Locus citatus legitur in Psal. 139. v. 16; ad hunc igitur locum glossator. נביאים וכתובים מיקרן דברי קבלה; i. e. *Prophetæ & Hagiographa vocantur verba Cabbalæ.*

7. Isai.

7. Isaiæ cap. I. v. 21.

8. Sunt verba Misnæ in Shekalim cap. 5. sect. 2; ad ea sic dicit Bartenora, אין עושין שררה פחות משנים דכתיב והם יקחו את הזהב מיעוט רבים שנים i.e. *non faciunt magistratum, qui exercetur per pauciores quam duos, quia dictum est* (Exod. cap. 28. v. 5.) *& illi accipient aurum, duo autem paucissimi sunt è multis.* i.e. Quoniam dicitur in Exodo de auro aliisque rebus, ex quibus vestes sacerdotales conficiendæ essent, *& illi accipient*, colligunt inde Rabbini, quod nullæ opes Ecclesiæ, quales Eleemosynæ reputantur, debent unius tantum curæ committi, sed multorum; è multis autem paucissimi sunt duo; pauciores igitur quam duo, qui opes Ecclesiæ curarent, ex eorum sententia non erant constituendi.

9. Judicia autem pecuniaria semper exercebantur apud Judæos per tres judices, sic Misna in tractatu Sanhedrin c. 1. sect. 1. דיני ממונות בשלשה i. e. *judicia pecuniaria per tres.* Consessus enim judicum apud Judæos trium generum erant, Consessus scilicet LXXI judicum, consessus XXIII judicum, & consessus trium judicum. Consessus LXXI judicum erat supremum totius gentis consilium, quod Hierosolymis sedens de rebus tantum gravioribus cognoscebat, quales erant, cum tota Tribus, vel Pontifex summus, vel Pseudo-propheta in judicium vocaretur, aut bellum alicui genti indicendum esset. Consessus viginti trium judicum in unaquaque civitate, quæ ducentos & triginta incolas habuerat, constituebatur, & de rebus capitalibus istius civitatis cognoscebat; Consessus trium judicum ubique locorum, uti occasio data esset, à personis litigantibus constitutus de rebus pecuniariis aliisve de quibus controversia fuerat judicium ferebat; quotiescunque enim duo inter se litigarent de aliqua re ab his cognoscenda, utraque persona litigans pro dirimenda lite judicem deligebat, & bini hi sic delecti sibi assumebant tertium, & deinde cognita causa ad quam judicandam constituti fuerant de ea judicium ferebant, pauciores autem quam tres nunquam de re pecuniaria judicabant; cum igitur distributio Eleemosynarum juxta uniuscujusque indigentiam quasi judicium pecuniarium esset, ordinatum erat, ut nunquam fieret nisi per tres.

10. i.e. Non statutum fuit, quantum unusquisque daret Catino, atque ideo tres collectores constituti fuerant, qui judicum authoritatem habentes inter colligendum judicarent, an unusquisque daret juxta facultates suas; Eleemosyna autem cistæ, cum res certa esset utpote à Synedrio civitatis imposita, non collecta fuit per plures, quam quorum curæ erat committenda.

11. i.e. Pecuniâ è cista desumptâ emere omnia cibi genera, quæ pauperibus quotidie distribuant.

12. i.e Vendere cibum collectum, & pecuniam inde comparatam ponere in Cista distribuendam proximis vesperiis Sabbathi.

13. Refertur hoc ad illud quod supra dicitur cap. 8. sect. 1.

14. i.e. Vir legis peritus, qui rebus Ecclesiæ in ea civitate præest, idem scilicet qui supra vocatur חבר עיר *Doctor civitatis*, vide not. 22. ad cap. 7.

15. Quia uti supra indicatur not. 8. quicquid datur pro eleemosyna duorum curæ est committendum, atque ideo inter colligendum à se invicem non

debent decedere, & præcipue in foro, ne populus, cum videat unum eorum ab alio decedentem, fraudem ſuſpicetur.

16. Suſpicionis ſcilicet vitandæ cauſa, ne populus, cum videat collectorem pecuniam in ſuo loculo ponere, ſuſpicetur, quod ſit pecunia collecta, & quod eleemoſynam fraudulenter in proprios uſus convertant.

17. Num. 32. v. 22.

18. Hinc colligunt, quod debent ſuſpicionem evitare, cum præceptum ſit, quod non tantum curam ponerent, ut puri coram Deo appareant, qui corda hominum cognoſcit, ſed etiam coram populo, qui judicat tantum per externas actiones.

19. Scilicet ciſtæ.

20. Vide ſupra cap. 8. ſect. 4.

21. De Theſaurariis templi vide ſupra not. 9. ad cap. 2.

22. Reg. lib. 2. cap. 22. v. 7.

23. Eleemoſyna enim Catini diſtribuenda fuit in unum diem iis ſolis, qui egebant victu, quo ſuſtentarentur eo die.

24. Eleemoſyna enim ciſtæ diſtribuenda fuit ſingulis veſperiis Sabbathi in ſeptimanam, iis ſolis, qui egebant, quo ſuſtentarentur ea ſeptimana, ſi autem quis cibum habeat, qui ſufficiat pro quatuordecim refectionibus, non omnino opus habet eleemoſyna pro ea ſeptimana.

25. i.e. Noſtræ monetæ 6 lib. 5. ſol. zuzus enim apud Judæos ejuſdem valoris erat cum Denario Romano, qui noſtræ monetæ eſt octava pars Coronati.

26. Si enim cum iis negotiaretur, licet multo pauciores ſint quam ducenti, prohibetur donis pauperum, quod in nonnullis codicibus Maimonidis exprimitur; in iis enim hic locus ſic legitur, היו לו מאתים זוז אף על פי שאינו נושא ונותן בהם או שהיו לו חמשים זוז ונושא ונותן בהם הרי זו לא יטול לקט שכחה ופאה ומעשר עני i.e. ſi habeat ducentos zuzos, licet cum iis non negotietur, aut ſi habeat quinquaginta & cum iis negotietur, ecce ille non accipiet aut ſpicilegium, aut rem oblivione relictam, aut angulum, aut decimas pauperum.

27. i.e. Spicilegium, rem oblivione relictam, angulum, & decimas pauperum.

28. Scilicet dona pauperum ſupra memorata.

29. Scilicet victu neceſſario.

30. i.e. Spicilegium, rem oblivione relictam, angulum, & decimas pauperum, ſed non eleemoſynas; priuſquam enim eleemoſynis frui poſſit, debet hæc ſupellectilia vendere, & emere ea quæ ſunt vilioris pretii.

31. Quæ ſcilicet ſunt lautioris & ſplendidioris vitæ inſtrumenta, & potius ob pompam & luxum, quam neceſſitatem uſus comparantur.

32. i.e. Quod remanet ex eleemoſynis, cum pauperis indigentia relevetur, ei etiam dari debet, quia in illius gratiam colligebatur.

33. Pruta nummulus erat minimi valoris, centeſima ſcilicet nonageſima ſecunda pars Denarii Romani.

CAP. X.

פרק עשירי

א חייבין אנו להזהר במצות צדקה יותר מכל מצות עשה· שהצדקה סימן לצדיק זרע אברהם אבינו שנאמר כי ידעתיו למען אשר יצוה את בניו לעשות צדקה· ואין כסא ישראל מתכונן ודת האמת עומדת אלא בצדקה שנאמר בצדקה תכונני· ואין ישראל נגאלין אלא בצדקה שנאמר ציון במשפט תפדה ושביה בצדקה:

ב לעולם אין אדם מעני מן הצדקה ואין דבר רע ולא היזק נגלל בשביל הצדקה שנאמר והיה מעשה הצדקה שלום· כל המרחם מרחמין עליו שנאמר ונתן לך רחמים ורחמך והרבך וכל מי שהוא אכזרי ואינו מרחם יש לחוש ליחסו· שאין האכזריות מצויה אלא בכותים שנאמר אכזרי

CAP. X.

I. OBligamur nos magis cauti eſſe in *obſervando* præcepto de Eleemoſyna, quam in *obſervandis* omnibus *aliis* præceptis affirmativis; quoniam Eleemoſyna eſt inſigne (1) juſti ſeminis Abrahami, patris noſtri, ſicut dictum eſt, (2) *quoniam cognoſco illum, quod precepturus ſit filiis ſuis ut exerceant* (3) *Eleemoſynas*; Nec Regnum Iſraelis confirmabitur, nec vera Religio ſtabilietur, niſi per (4) Eleemoſynas, uti dictum eſt, (5) *per Eleemoſynam ſtabilieris*; nec Iſraelitæ redimendi ſunt (6) è captivitate ſua, niſi per *meritum* Eleemoſynæ, ſicut dictum eſt, (7) *Zion redimetur per judicium, & reduces illius per* (8) *Eleemoſynam.*

II. In perpetuum nemo *unquam* pauper fiet ex largitione Eleemoſynarum; nec *aliqua* re adverſa aut damno involvetur *quis* ob largitionem Eleemoſynarum; nam dictum eſt, (9) *opus Eleemoſyna erit pax.* Quicunque miſericors eſt, alii ei miſericordes erunt, uti dictum eſt, (10) *& conferet tibi miſericordiam, & tui miſerebitur, & augebit te,* & quicunque crudelis eſt, & non miſericors, ſuſpitio eſt de (11) proſapia illius, quod crudelitas non inventa eſt, niſi inter Gentiles, uti dictum eſt, (12) *Crudeles illi ſunt & non miſerebuntur*; omnes autem Iſraelitæ

N 2 &

& *(13)* quicunque iis adjunguntur ſunt inſtar fratrum, nam dictum eſt, *(14) vos filii eſtis Domini Dei veſtri*; & ſi frater non miſereatur fratris ſui, quis miſerebitur illius; ad quos enim pauperes Iſraelis attollent oculos ſuos *pro ſubſidio*? an ad Gentiles, qui eos odio habent, & perſequuntur? *minime equidem*; ecce *ideo* oculi eorum non pendent niſi à *ſolis* fratribus ſuis.

III. Quicunque *(15)* abſcondit oculos ſuos ab Eleemoſyna, ecce ille vocatur *(16)* impius, ſicut is qui colit *(17)* ſtellas & planetas impius vocatur; de cultu enim ſtellarum & planetarum dictum eſt, *(18) & egreſſi ſunt viri filii impietatis*; & de eo etiam qui abſcondit oculos ſuos ab Eleemoſyna dictum eſt, *(19) cave ne ſit cogitatio in corde tuo impio*; & vocatur etiam improbus, uti dictum eſt, *(20) & miſericordia improborum eſt crudelis*; & vocatur etiam peccator, uti dictum eſt, (21) *& clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum*; (22) Sanctus vero benedictus ille prope adeſt clamori pauperum, uti dictum eſt, (23) *clamorem pauperum tu exaudies*; quapropter opus eſt cavere à clamore eorum; nam ecce fœdus ictum eſt cum illis, uti dictum eſt,

המה ולא ירחמו · וכל ישראל והנלוה עליהם כאחים הם שנאמר בנים אתם ליהוה אלהיכם · ואם לא ירחם האח על האח מי ירחם עליו · ולמי עניי ישראל נושאין עיניהן הלכותים ששונאין אותן ורודפין אחריהן · הא אין עיניהן תלויות אלא לאחיהן:

ג כל המעלים עינו מן הצדקה הרי זה נקרא בליעל כמו שנקרא עובד עבודת כוכבים ומזלות בליעל · ובעבודת כוכבים ומזלות הוא אומר יצאו אנשים בני בליעל · ובמעלים עינו מן הצדקה הוא אומר השמר לך פן יהיה דבר עם לבבך בליעל · ונקרא רשע שנאמר ורחמי רשעים אכזרי · ונקרא חוטא שנאמר וקרא עליך אל יהוה והיה בך חטא · והקדוש ברוך הוא קרוב לשועת עניים שנאמר שועת עניים אתה תשמע:

cum

לפיכך צריך להזהר בצעקתם
שהרי ברית כרותה להם
שנאמר והיה כי יצעק אלי
ושמעתי כי חנון אני:

ד כל הנותן צדקה לעני
בסבר פנים רעות ופניו
כבושות בקרקע אפילו נתן
לו אלף זהובים אבד זכותו
והפסידה׳ אלא נותן לו בסבר
פנים יפות ובשמחה
ומתאונן עמו על צרתו
שנאמר אם לא בכיתי לקשה
יום עגמה נפשי לאביון׳
ומדבר לו דברי תחנונים
וניחומים שנאמר ולב
אלמנה ארנין:

ה שאל העני ממך ואין
בידך כלום ליתן לו פייסהו
בדברים׳ ואסור לגעור בעני
או להגביה קולו עליו
בצעקה׳ מפני שלבו נשבר
ונדכא והרי הוא אומר לב
נשבר ונדכה אלהים לא
תבזה: ואומר להחיות רוח
שפלים ולהחיות לב נדכאים׳
ואוי למי שהכלים את העני
אוי לו׳ אלא יהיה לו כאב
בין ברחמים בין בדברים
שנאמר אב אני לאביונים:

(24) *cum clamaverit ad me, audiam, quia misericors ego.*

IV. Si quis Eleemosynam pauperi det cum vultu malevolo, aspectusque illius in terram demittatur, licet det ei mille aureos, meritum tamen illius perdidit, illudque penitus delevit; dabit ideo ei cum vultu benigno, & læto animo, & condolebit ei ob afflictionem illius, uti dictum est, (25) *annon flebam pro eo, cui dura erant tempora? & anxia erat anima mea pro egeno?* & loquetur ei verba commiserationis & consolationis, uti dictum est, (26) *& cor viduæ exhileravi.*

V. Si pauper à te petat *Eleemosynam*, & nihil omnino sit in manu tuâ, quod des ei, placabis eum *bonis* verbis; Prohibitum enim est objurgare pauperem, vel (27) vocem attollere contra eum cum clamore, quoniam cor illius fractum & contritum est, quin ecce dictum est (28) *Cor fractum & contritum ô Deus non contemnes*, & etiam dictum est, (29) *ut vivificet spiritum humilium, & vivificet cor contritorum*; (Væ enim ei, quicunque pauperem ignominia afficit, væ *inquam* ei;) quin *potius unusquisque* ei sit instar patris, sive commiserando sive alloquendo, uti dictum est, (30) *pater eram egenis.*

VI. Qui

V I. Qui inducit alios dare Eleemoſynam, iiſque in cauſa eſt ut dent, majus præmium inde conſequitur, quam ille qui dederat, nam dictum eſt (31) *opus Eleemoſynæ erit pax*; & de Collectoribus Eleemoſynarum, aliiſque (32) iis ſimilibus dictum eſt, (33) *qui faciunt multos (34) dare Eleemoſynas, ſplendebunt ſicut ſtellæ [in æternum.]*

VII. Octo ſunt gradus Eleemoſynæ unus ſupra alium, ſummus gradus, quo non datur gradus ſuperior, eſt, cum quis (35) corroboret manum Iſraelitæ, qui deprimitur, & det ei donum, vel mutuum, vel faciat cum eo commercium, vel adinveniat ei aliquod negotium, ut corroboret manum illius, adeo ut neceſſitatem non habeat petere *ſubſidium* à creaturis, & de hoc dictum eſt, (36) *& confirmabis eum, licet ſit peregrinus, vel inquilinus, ut vivat tecum,* quod idem eſt, ac ſi diceretur, confirma eum eouſque, ne cadat, aut ad inopiam redigatur.

VIII. Gradus huic *proxime* inferior eſt, cum quis det Eleemoſynam pauperibus, ita ut nec cognoſcat ipſe cui dat, nec pauper à quo accipit, nam ecce hoc eſt præceptum obſervare proprer ipſum præceptum, cujus rei exemplum eſt *Eleemoſyna, quæ datur in (37)* Conclavi ſilentium, quod erat in Templo, ubi viri (38) miſericordes ponebant Eleemoſynas ſuas cum ſilentio, pauperesque filii

ו הכופה אחרים ליתן צדקה ומעשה אותן שכרו גדול משכר הנותן שנאמר והיה מעשה הצדקה שלום· ועל גבאי צדקה וכיוצא בהם נאמר ומצדיקי הרבים ככוכבים:

ז שמנה מעלות יש בצדקה זו למעלה מזו· מעלה גדולה שאין למעלה ממנה זה המחזיק ביד ישראל שמך ונותן לו מתנה או הלואה או עושה עמו שותפות או ממציא לו מלאכה כדי לחזק את ידו עד שלא יצטרך לבריות לשאל ועל זה נאמר והחזקת בו גר ותושב וחי עמך כלומר החזק בו עד שלא יפול ויצטרך:

ח פחות מזה הנותן צדקה לעניים ולא ידע למי נתן ולא ידע העני ממי לקח· שהרי זו מצוה לשמה כגון לשכת השאים שהיתה במקדש· שהיו הצדיקים נותנין בה בחשאי והעניים בני טובים מתפרנסין ממנה בחשאי·

pro-

וקרוב לזה הנותן לתוך קופה
של צדקה· ולא יתן אדם
לתוך קופה של צדקה אלא
אם כן יודע שהממונה נאמן
וחכם ויודע להנהיג כשורה
כרבי חנניה בן תרדיון:

ט פחות מזה שידע
הנותן למי יתן ולא ידע
העני ממי לקח· כגון גדולי
החכמים שהיו הולכין בסתר
ומשליכין המעות בפתחי
העניים· וכזה ראוי לעשות
ומעלה טובה היא אם אין
הממונין בצדקה נוהגין
כשורה:

י פחות מזה שידע העני
ממי נטל ולא ידע הנותן·
כגון גדולי החכמים שהיו
צוררים המעות בסדיניהן
ומשילין לאחוריהן ובאין
העניים ונוטלין כדי שלא
יהיה להן בושה:

יא פחות מזה שיתן לו
בידו קודם שישאל:

יב פחות מזה שיתן לו
אחר שישאל:

proborum nutriebantur iis in silentio. Proximus huic gradus est, cum quis Eleemosynam immittat (39) in Cistam Eleemosynariam; nemo autem Eleemosynam ponet in Cista eleemosynaria, nisi cognoscat, quod curatores illius sint viri fideles, & sapientes, quique cognoscunt *provinciam suam* recte administrare, sicut *eam administravit* (40) Rabbi Channaniah filius Tardionis.

IX. Gradus huic *proxime* inferior est, cum qui dat cognoscat cui dat, at pauper non cognoscat à quo accipit, sicut dant sapientes primarii, qui solent circumambulare secretò, & pecuniam in ostia pauperum projicere, & sic convenit iis facere, estque hic eximius Eleemosynæ gradus, si Curatores Eleemosynæ non recte administrent *provinciam suam.*

X. Gradus huic *proxime* inferior est, cum cognoscat pauper à quo accipit, at qui dat non cognoscit *cui dat*, sicut dant sapientes primarii, qui solent pecuniam sindone involvere, & projicere post terga sua, ut veniant pauperes, & accipiant illam, nullusque illis inde fiat pudor.

XI. Gradus huic *proxime* inferior est, cum quis det pauperi manu sua, priusquam ille petiit.

XII. Gradus huic *proxime* inferior est, cum quis det pauperi, postquam petiit.

XIII. Gra-

XIII. Gradus huic *proxime* inferior eſt, cum quis det pauperi minus quam ei convenit dare, cum vultu benigno.

יג פחות מזה שיתן לו פחות מן הראוי בסבר פנים יפות:

XIV. Gradus huic *proxime* inferior eſt, cum quis det ei cum moleſtia.

יד פחות מזה שיתן לו בעצב:

XV. Sapientes primarii ſemper ante preces ſolent dare prutam pauperi, & deinde precari, uti dictum eſt, (41) *ego in merito Eleemoſynæ aſpiciam vultum tuum.*

טו גדולי החכמים היו נותנין פרוטה לעני קודם כל תפלה ואחר כך מתפללין שנאמר אני בצדק אחזה פניך:

XVI. Si quis det alimentum filiis ſuis, & filiabus ſuis adultis, quos jam alere non amplius obligatur, ut filios *ſcilicet* inſtituat in doctrina legis, & filias erudiat bonis moribus, ne in contemptu habeantur; & ſic ſi quis det alimentum patri ſuo, & matri ſuæ, ecce hoc continetur ſub genere Eleemoſynæ, & Eleemoſyna hæc magna eſt, quoniam (42) propinqui ſunt præferendi. Quicunque pauperes & orphanos cibo & potu ſuſtentat à menſa ſua, ecce ille vocabit ad Dominum, isque audiet eum, & oblectabitur eo, uti dictum eſt, (43) *tunc vocabis, & Dominus reſpondebit.*

טז הנותן מזונות לבניו ולבנותיו הגדולים שאינו חייב במזונותיהן כדי ללמד הזכרים תורה ולהנהיג הבנות בדרך ישרה ולא יהיו מבוזות· וכן הנותן מזונות לאביו ולאמו הרי זה בכלל הצדקה· וצדקה גדולה היא שהקרוב קודם· וכל המאכיל ומשקה עניים ויתומים על שולחנו הרי זה קורא אל יהוה ויענהו ומתענג שנאמר אז תקרא ויהוה יענה:

XVII. Præcipiunt ſapientes, ut miniſtri domeſtici uniuscujuſq; hominis, ſint pauperes & Orphani loco (44) ſervorum; præſtat enim ei horum uti miniſterio, ut filii

יז צוו חכמים שיהיו בני ביתו של אדם עניים ויתומים במקום העבדים· מוטב לו להשתמש באלו יהנו בני

Abra-

אברהם יצחק ויעקב מנכסיו ולא. יהנו בהם זרע חם׃ שכל המרבה עבדים בכל יום ויום מוסיף חטא ועון בעולם׃ ואם יהיו עניים בני ביתו בכל שעה ושעה מוסיף זכיות ומצוות׃

Abrahami Isaaci & Jacobi commodum percipiant è facultatibus illius, & non posteri Chami; Quicunque enim multiplicat servos, quotidie auget peccatum & iniquitatem in mundo; sed si pauperes sint ministri domestici illius, continuo auget merita, & bona opera.

יח לעולם ירחוק אדם עצמו ויתגלגל בצער ואל יצטרך לבריות ואל ישליך עצמו על הציבור׃ וכן צוו חכמים ואמרו עשה שבתך חול ואל תצטרך לבריות׃ ואפילו היה חכם ומכובד והעני יעסוק באומנות ואפילו באומנות מנוולת ולא יצטרך לבריות׃ מוטב לפשוט עור בהמות נבלות ולא יאמר לעם חכם גדול אני כהן אני פרנסוני׃ ובכך צוו חכמים׃ גדולי החכמים היו מהם חוטבי עצים ונושאי הקורות ושואבי מים לגנות ועושים הברזל והפחמים ולא שאלו מן הציבור ולא קיבלו מהם כשנתנו להם׃

XVIII. Perpetuo quisque semetipsum ad angustam vivendi rationem rediget, & difficultatibus involvet, ne opus habeat *subsidio* à (45) creaturis, & se projiciat in Ecclesiam *pro alimento*; sic enim præcipiunt sapientes, & dicunt, Fac Sabbathum tuum (46) *ut diem* profanum, ne opus habeas *subsidio* à creaturis; Et licet aliquis sit vir sapiens, & honoratus, si tamen pauper factus sit, operam dabit alicui arti manuariæ, etiamsi eo indignæ, ne opus habeat *subsidio* à creaturis; Præstat enim (47) excoriare cadavera Bestiarum, quam ut dicat populo, ego sum Sapiens primarius, vel ego sum Sacerdos, *quæso* me alatis: fuerunt enim è Sapientibus primariis, qui findebant ligna, & portabant trabes, & hauriebant aquas ad *irrigandos* hortos, & fabricabant ferrum, & faciebant carbones, & non petierunt *Eleemosynam* ab Ecclesia, nec acceperunt, cum *sponte* vellent dare iis.

יט כל מי שאינו צריך ליטול ומרמה את העם ונוטל אינו מת מן הזקנה עד

XIX. Quicunque ex necessitate non adigitur, ut accipiat, decipitque ille populum, & accipit, non

O

non morietur ex ſenectute, donec *ille revera* (48) opus habeat ſubſidio à creaturis; ecce etiam ille eſt ſub eodem genere cum maledicto illo viro, (49) *qui confidit in homine:* quicunq; vero neceſſitate adigitur, ut accipiat, nec poteſt vivere, niſi accipiat, exempli gratia ſenex, vel ægrotus, vel miſeriis afflictus, & ex animi ſui ſuperbia non accipiet, ecce ille eſt homicida, & reus eſt mortis ſuæ, nihilque redundat ei ex afflictione illius præter peccatum & iniquitatem: Quicunque vero opus habet, ut accipiat, quin potius affliget ſemetipſum, & tempora ſibi dura faciet, & vitam deget miſeram, ut ſic ne ſit oneri Eccleſiæ, non morietur ex ſenectute, (50) donec poſſit nutrire alios è facultatibus ſuis; & de eo, omnique ei ſimili hoc dictum eſt, (51) *Benedictus ille vir, qui confidit in Domino.*

שיצטרך לבריות · והרי הוא בכלל ארור הגבר אשר יבטח באדם · וכל מי שצריך ליטול ואינו יכול לחיות אלא אם כן נוטל כגון זקן או חולה או בעלי יסורין ומגיס דעתו ואינו נוטל הרי זה שופך דמים ומתחייב בנפשו ואין לו בצערו אלא חטאות ואשמות · וכל מי שצריך ליטול וציער עצמו ודחק את השעה וחיה חיי צער כדי שלא יטריח על הצבור אינו מת מן הזקנה עד שיפרנס אחרים משלו ועליו ועל כל כיוצא בזה נאמר ברוך הגבר אשר יבטח ביהוה:

Notæ ad Cap. X.

1. Ad mentem Maimonidis potius forſan reddendum eſt *miſericordis*, ſeu *benevoli ſeminis Abrahami*; vide infra not. 3.

2 Geneſ. cap 18. v. 19.

3. Sic ſecundum mentem Maimonidis in hoc loco, aliorumque Talmudicorum textum interpretor; ſecundum alios viro quoſcunq; ſenſus loci eſt, *quod præcipiet filiis ſuis facere juſtitiam*; Vox enim צדקה *Tſedekah* proprie & primario tantum *juſtitiam* ſignificat, nec aliquo alio ſenſu unquam in ſacris Scripturis legitur; Cum vero eo tempore, quo Talmudici conſtitutiones ſuas de Eleemoſynis tradiderant, lingua Hebræa vocem non ſuppeditaret, quæ eas proprie ſignificaret, ob defectum, quem tum, utpote poſt excisas Hieroſolymas diſſipatamque Gentem, paſſus fuerat, vocem צדקה *Tſedekah* ob convenientiam, quæ inter Eleemoſynarum largitionem & juſtitiam intercedit, ad eas ſignificandas aſſumebant (juſtum enim eſt pauperibus ſuccurrere, maximumque viri juſti inſigne eſt) & hinc pri-

primum obtinuit apud Judæos, ut hæc vox æque Eleemoſynas ac juſtitiam ſignificaret; Maimonides autem, vel quod hoc non adverteret, vel potius quod propoſito inſerviret ſuo, quaſi hæc vocis ſignificatio non tantum apud recentiores Judæos reciperetur, quin etiam eadem primario & antiquo in uſu eſſet, cum præſtantiam & neceſſitatem Eleemoſynarum hic probaturus ſit, eos ſacræ Scripturæ textus, in quibus juſtitia per vocem צדקה *Tſedekah* expreſſa aut laudatur, aut nobis exercenda recommendatur, quaſi pro largiendis Eleemoſynis facerent, huc adducit; quod & in hoc loco, & in ſequentibus eſt obſervandum.

4. i. e. per meritum ex largitione Eleemoſynarum.

5. Iſaiæ cap. 54. v. 14.

6. i.e. ab exilio, quo hodie laborant; frequens enim apud Judæos dictum eſt גדולה צדקה שמקרבת גאולה i. e. *tam magna eſt Eleemoſyna, ut appropinquet redemptionem.*

7. Iſaiæ cap. 1. v. 27.

8. Sic ſecundum mentem Maimonidis, ſecundum veram interpretationem, *per juſtitiam.*

9. Iſaiæ cap. 32. v. 17.

10. Deut. cap 13. v. 17.

11. Scilicet quod non ſit de vera ſtirpe Abrahami; ſupra enim dicitur ſect. 1. Eleemoſyna inſigne eſt juſti ſeminis Abrahami.

12. Jeremiæ cap. 56. v. 42.

13. i. e. Proſelyti juſtitiæ; ii enim poſtquam initiati erant, æque ac ipſi Iſraelitæ loco fratrum habebantur.

14. Deutr. cap. 14. v. 1.

15. i e. qui averſus eſt à dandis Eleemoſynis, & occaſiones eas largiendi non amplectitur.

16. Vox בלעל *Belial* ſignificat virum obduratæ & perverſæ iniquitatis, qui eſt בלי עול i. e. ſine jugo, quia jugum legis Dei excuſſit, atque ideo בני בלעל *filis Belialis* ſeu *impietatis* ſecundum Rabbinos ſunt שפרקו עול שמים מצואריהם i.e. *qui ruperunt jugum Dei à cervicibus ſuis.*

17. i. e. Idololatræ; cum enim corporum cœleſtium cultus principium Idololatriæ fuiſſe creditur, inde Judæi omnes Idololatras עובדי עבודת כוכבים ומזלות i. e. *cultores ſtellarum & planetarum,* & Idololatriam עבודת כוכבים ומזלות i. e. *cultum ſtellarum & planetarum* in ſcriptis ſuis vocant, atque ideo Maimonides tractatum, quem de Idololatria compoſuit, inſcribit הלכות עבודת כוכבים ומזלות i. e. *Conſtitutiones de cultu ſtellarum & planetarum,* i. e. de Idololatria.

18. Deut. 13. v. 13.

19. Deut. cap. 15. v. 9.

20. Pro-

20. Proverb. cap. 12. v. 10.
21. Deut. 15. v. 9.
22. i. e. Deus sanctus & benedictus.
23. Scilicet in libris precum Judaicarum; in iis enim occurrit hic locus, in sacris autem scripturis post diligentem inquisitionem non invenio.
24. Exod. 22. v. 27.
25. Job 30. v. 25.
26. Job 29. v. 13.
27. i. e. increpando.
28. Psalm. 51. v. 17.
29. Isaiæ 57. v. 15.
30. Job 29. v. 16.
31. Isaiæ 32. v. 17.
32. i. e. de iis, qui alios ad largitionem Eleemosynarum excitant, & adhortantur.
33. Dan. 12. v. 3.
34. i. e. secundum mentem Maimonidis, vera autem loci interpretatio est, *qui multos ad justitiam convertunt, splendebunt sicut stellæ in æternum*; vide quæ supra annotantur not. 3.
35. i. e. opes illius labefactatas restituat, & stabiliat.
36. Levit. cap. 25. v. 35.
37. De hoc conclavi silentium, quod in templo fuerat, sic Author Misnæ
שתי לשכות היו במקדש אחת לשכת חשאים ואחת לשכת
הכלים לשכת חשאים יראי חטא נותנים לתוכה בחשאי ועניים
בני טובים מתפרנסין מתוכה בחשאי i. e. *Duo erant conclavia in Sanctuario, quorum unum vocabatur conclave silentium, & alterum conclave vasum; Conclave silentium erat, in quo peccati timentes ponebant* Eleemosynas suas *cum silentio, & pauperes filii proborum ex eo sustentati erant cum silentio &c.* ad quem locum sic glossator לשכת חשאים על שם
שהנותנים בתוכה מעות נותנים בסתר והמתפרנסין ממנה
נוטלים בסתר i. e. *Conclave silentium sic vocatum fuit, quod qui in eo pecuniam ponebant, illam ponebant secreto, & qui ea sustentati erant, etiam secreto accipiebant.* Hoc conclave situm erat in Atrio fœminarum, ibi enim locus ei erat maxime opportunus, cum in Atrium fœminarum omnibus Israelitis pateret ingressus, in cætera vero non item.
38. Sic secundum mentem Maimonidis, vox vero צריק vix alias nisi justum significat.
39. i. e. Filii eorum, qui probe vixerunt è propriis facultatibus affluenter nutriti.
40. Fidelissimus hic erat Collector Eleemosynarum, ob illamque laudem apud Talmudicos celebris; vide de eo Talmud. Bab. in Avodah zarah fol. 77.

41. Psalm

41. Psalm 17. v 15. nota quod vera interpretatio est, *aspiciam vultum tuum in justitia.*

42. Vide supra cap. 7. sect. 13.

43. Isaiæ cap. 58. v. 9.

44. Per servos non hic intelliguntur servi Israelitici, qui mercede conducti erant, sed servi emptitii, quales apud eos erant Gentiles, & præcipue Chananæi, qui è filiis Chami fuerant, cujus posteri à Patre Noacho damnati erant in servitium filiorum Shemi & Japheti. Gen. c. 9. v. 25.

45. Scilicet ab hominibus.

46. i. e. non magis laute vivent die Sabbathi seu die Festo, quam die profano.

47. Quod vilissimum ministerium est, quod Judæis potest imponi, ob immunditiem, quam ex tactu morticini contrahunt.

48. i. e. donec revera adeo pauper sit, ut opus habeat subsidio.

49. Vide Jeremiam cap. 17. v. 5.

50. i. e. donec tam amplas acquisiverit facultates, ut ex iis non tantum semetipsum, quin alios etiam possit nutrire.

51. Jerem. 17. v. 7.

F I N I S.

TRACTATUS
DE
PROSELYTIS.

N O T A,

Quod hæc duo capita de Profelytis, quæ hic inſcribo Caput primum & Caput ſecundum, apud Maimonidem ſunt Caput XIII. & Caput XIV Tractatus, qui inſcribitur איסורי ביאה *Iſſure Biah*, i. e. de prohibito congreſſu.

הלכות גרים

Constitutiones de Proselytis.

פרק ראשון

א בשלשה דברים נכנסו ישראל לברית במילה וטבילה וקרבן:

ב מילה היתה במצרים שנאמר וכל ערל לא יאכל בו מל אותם משה רבנו שכולם בטלו ברית מילה במצרים חוץ משבט לוי ועל זה נאמר ובריתך ינצורו:

ג וטבילה היתה במדבר קודם מתן תורה שנאמר וקדשתם היום ומחר וכבסו שמלותם וקרבן שנאמר וישלח את נערי בני ישראל ויעלו עולות על ידי כל ישראל הקריבום:

ד וכן לדורות כשירצה הכותי להכנס לברית ולהסתופף תחת כנפי השכינה ויקבל עליו עול תורה צריך מילה וטבילה

CAP. I.

I. TRibus ritibus Israelitæ in fœdus intrarunt, Circumcisione, *scilicet*, Baptismo, & Sacrificio.

II. Ritus circumcisionis *peractus* erat in Ægypto, nam dictum est, (1) *nullus incircumcisus edet ex eo*, Moses igitur magister noster circumcidit eos, quippe omnes in Ægypto violassent fœdus circumcisionis, excepta sola Tribu Levi; & propterea de iis dictum est, (2) *&* *observarunt fœdus tuum.*

III. Ritus autem Baptismi *peractus* erat in deserto mox ante datam Legem, uti dictum est, (3) *sanctificabis eos hodie & cras, & lavent vestimenta sua*; & ritus etiam Sacrificii *peractus erat in deserto*, uti dictum est, (4) *& misit juvenes è filiis Israelis, qui obtulerunt holocausta.* i. e. sacrificabant pro universo cœtu Israelitico.

IV. Et sic in perpetuum, quotiescunque aliquis Gentilis voluerit in fœdus intrare, & stationem habere sub alis (5) divinæ majestatis, susciperetque in se jugum Legis, opus est ei Circumcisione, Baptismo,

mo, & *(6)* Conciliatione *per sparsionem sanguinis* Sacrificii; sed si fœmina sit, opus est ei tantum *(7)* Baptismo, & Sacrificio; uti dictum est, *(8) sicut vos, sic erit Proselytus*, i. e. sicut vos *in fœdus ingressi estis* Circumcisione, Baptismo, & Conciliatione *per sparsionem sanguinis* Sacrificii, sic etiam Proselytus in perpetuum *ingredietur in illud* Circumcisione, Baptismo, & Conciliatione *per sparsionem sanguinis* Sacrificii.

V. Et quid est sacrificium Proselyti? *Resp.* Holocaustum ex pecore, aut duo tortures, aut duo columbarum pulli, utrique in holocaustum; sed hisce diebus, quia jam *(9)* sacrificium non est *in usu*, *tantum* opus est Circumcisione, & Baptismo; cum vero Templum iterum exstructum fuerit, offeret Sacrificium.

VI. Proselytus, qui circumciditur, sed non baptizatur, vel qui baptizatur, sed non circumciditur, neutiquam *habendus* est Proselytus, donec tum baptizetur, tum circumcidatur; opus est insuper ut baptizetur coram Triumviris; cum ideo *(10)* actus forensis sit, non baptizabunt eum *(11)* die Sabbathi, nec die festo, nec nocte, iis *tamen temporibus* si *forsan* baptizarent eum, *(12)* ille Proselytus *fit*.

VII. Proselytum minorennem baptizant *(13)* ex sententia consessus *Triumviralis*, quippe hoc ei cedit *(14)* in commodum. Si gravida Proselyta facta sit, & baptizetur,

והרצאת קרבן׃ ואם נקבה היא טבילה וקרבן שנאמר ככם כגר׃ מה אתם במילה וטבילה והרצאת קרבן אף הגר לדורות במילה וטבילה והרצאת קרבן׃

ה ומהו קרבן הגר עולת בהמה או שתי תורים או שני בני יונה ושניהם עולה ובזמן הזה שאין שם קרבן צריך מילה וטבילה וכשיבנה בית המקדש יביא קרבן׃

ו גר שמל ולא טבל או טבל ולא מל אינו גר עד שימול ויטבול׃ וצריך לטבול בפני שלשה והואיל והדבר צריך בית דין אין מטבילין אותו בשבת ולא ביום טוב ולא בלילה ואם הטבילוהו הרי זה גר׃

ז גר קטן מטבילין אותו על דעת בית דין שזכות היא לו׃ מעוברה שנתגיירה

(1) proli

וטבלה אין בנה צריך טבילה׃ טבל בינו לבין עצמו ונתגייר בינו לבין עצמו ואפילו בפני שנים אינו גר׳ בא ואמר נתגיירתי בבית דינו של פלוני והטבילוני אינו נאמן לבא בקהל עד שיביא עדים׃

(15) proli illius non opus eſt Baptiſmo. Si quis baptizetur clam à ſemetipſo, & Proſelytus factus ſit clam à ſemetipſo, vel licet *hoc faciat* coram (16) duobus *teſtibus*, non *omnino habendus* eſt Proſelytus. Si quis veniat & dicat, Proſelytus factus fui coram conſeſſu *Triumvirali* talis loci, & baptizarunt me; non omnino illi fides eouſque habenda eſt, ut *inde* admittatur in Eccleſiâ, donec teſtes attulerit *ea de re*.

ח היה נשוי לישראלית או לגיורת ויש לו בנים ואמר נתגיירתי ביני לבין עצמי נאמן לפסול את עצמו ואינו נאמן לפסול את הבנים וחוזר וטובל בבית דין׃

VIII. Si quis Iſraelitidi vel Proſelytæ connubio adjunctus ſit, ex eaque filios habeat, dicatque ille, Proſelytus factus fui clam à memetipſo, fides illi eouſque habetur, ut ipſe fiat *inde* illegitimus *Proſelytus*; non vero eouſque, ut filii *pariter* fiant illegitimi *Proſelyti*; iſque iterum baptizabitur coram Conſeſſu *Triumvirali*.

ט גיורת שדאינה נוהגת בדרכי ישראל תמיד כגון שתטבול לנדתה ותפרוש תרומה בעיסתה וכיוצא בזה׳ וכן גר שנוהג בדרכי ישראל טובל לקריו ועושה כל המצות הרי אלו בחזקת גירי צדק׳ ואף על פי שאין שם עדים שמעידין לפני מי שנתגיירו׳ ואף על פי כן אם באו להתערב בישראל אין משיאין אותם עד

IX. Si Proſelyta ſit, quam videmus ſemetipſam continuo aſſueſcere inſtitutis Iſraeliticis; exempli gratia, ſi lavet (17) ob menſtrua ſua, & ſeparet (18) Trumam è maſſa ſua, *aliaque faciat* his ſimilia, & ſic ſi Proſelytus ſit, qui aſſueſcit ſe inſtitutis Iſraeliticis; *Exempli gratia*, ſi lavet ſeipſum (19) ob caſum *nocturnum*, & omnia obſervet præcepta; ecce illi (20) præſumendi ſunt eſſe Proſelyti Juſtitiæ, licet teſtes, quibus præſentibus Proſelyti facti fuerant, non præſto ſint, qui *de hac re* teſtimonium ferant; Nihilominus vero ſi veniant, ut Iſraelitis

connubio permisceantur, non (21) contrahunt cum iis matrimonium, donec producant testes, vel baptizentur in conspectu nostro, quandoquidem *quoad hunc casum* præsumendi sunt esse Gentiles.

X. Si quis veniat, dicatque se Gentilem *olim* fuisse, & quod *deinde* factus esset Proselytus coram Consessu *Triumvirali*, fides ei habetur; ex eodem enim (22) ore, quo condemnatur, etiam absolvitur. In quo casu dicta sunt hæc? *Resp. Cum iste Proselytus fuerit* in terra Israelis, iisq; temporibus, (23) quibus præsumptio est, quod omnes ibi *habitantes* sint Israelitæ; sed extra terram *Israeliticam* necesse est, ut prius probationem afferat, & deinde ducat Israelitidem; & ego hoc fieri judico (24) ob meliorem in prosapiis dignitatem.

XI. Sicut circumcidunt, & baptizant Proselytos, sic circumcidunt, & baptizant servos, qui à Gentilibus emuntur, in nomine (25) servitutis *retenta*. Si quis emat servum à Gentili, isque servus (26) præveniat *domino suo*, & baptizetur in nomine liberti, ecce ille acquirit libertatem suam, si modo dicat ille tempore baptismi *sui*, ecce ego baptizor coram vobis in nomine Proselytismi; sed si baptizetur præsente domino, (27) non opus est ut hoc declaret; sed quamprimum baptizatur, liber efficitur; quapropter *si Dominus noluerit servum suum ma-*

שיביאו עדים או עד שיטבילו בפנינו הואיל והוחזקו כותים:

י אבל מי שבא ואמר שהיה כותי ונתגייר בבית דין נאמן שהפה שאסר הוא הפה שהתיר במה דברים אמורים בארץ ישראל ובאותן הימים שחזקת הכל שם בחזקת ישראל· אבל בחוצה לארץ צריך להביא ראיה ואחר כך ישא ישראלית· ואני אומר שזו מעלה ביוחסין:

יא בשם שמלין ומטבילין את הגרים כך מלין ומטבילין את העבדים הנלקחים מן הכותים לשם עבדות· הלוקח עבד מן הכותי וקדם העבד וטבל לשם בן חורין קנה עצמו· והוא שיאמר כעת טבילה הריני טובל בפניכם לשם גירות· ואם טבל בפני רבו אינו צריך לפרש אלא כיון שטבל נשתחרר לפיכך צריך רבו לתקפו

numitti,

במים עד שיעלה והוא תחת שעבודו ומודיעו בפני הדיינין שלשם עבדות מטבילו· ואין העבד טובל אלא בפני שלשה וביום כגר שמקצת גרות הוא:

יב כשישתחרר העבד צריך טבילה אחרת בפני שלשה וביום שבה תיגמר גרותו ויהיה כישראל· ואין צריך לקבל עליו מצות ולהודיעו עיקרי הדת שכבר הודיעוהו כשטבל לשם עבדות:

יג ובמקוה הכשר לטבילת נדה שם מטבילין את הגרים והעבדים המשוחררים וכל דבר שחוצץ בנדה חוצץ בגרים ובעבדים ובמשוחררים:

יד אל יעלה על דעתך ששמשון המושיע את ישראל או שלמה מלך ישראל שנקרא ידיד יהוה נשאו נשים נכריות בגיותן· אלא סוד הדבר כך הוא·

numitti, requiſitum eſt, ut detineat eum in aquis priuſquam aſcendat, cumque adhuc ſub dominio illius ſit, notumque hoc faciat coram judicibus, quod in nomine ſervitutis *retenta* baptizet eum; & ſervus non baptizatur niſi coram Triumviris, & de die, ſicut Proſelytus; (28) ſpecies enim Proſelytiſmi *eſt, in quem* ille *admittitur*.

XII. Cum ſervus manumittatur, opus eſt *ei* alio (29) baptiſmo coram Triumviris, & de die, eoque perficitur Proſelytiſmus illius, iſq; fit ſicut Iſraelita; non autem requiritur ut *iterum* (30) præcepta in ſe recipiat *obſervanda*, vel ut ei *iterum* nota faciant fundamenta Religionis, quoniam jampridem hæc ei nota fecerunt, cum baptizatus eſſet in nomine ſervitutis *retenta*.

XIII. In Conceptaculo aquarum, (31) quod lavandæ menſtruatæ legitimum eſt, baptizant etiam Proſelytos, ſervos, & manumiſſos; & quicquid diſcriminando *inter aquam & cutem* (32) impedit in ablutione menſtruatæ, impedit etiam in baptiſmo Proſelytorum, ſervorum, & manumiſſorum.

XIV. Ne veniat in mentem tuam, quod Sampſon ſervator Iſraelis, vel Solomon Rex Iſraelis, qui vocatur (33) *delectus Domini*, duxiſſent uxores extraneas in Ethniciſmo earum. Sed totum rei Myſterium ſic ſe habet; (34) Quoniam præceptum ſtabilitum ſit, ut, cum veniat Proſelytus

ſelytus vel Proſelyta, ut initiaretur, inquirant de eo, annon forte propter divitias, quas accepturus ſit, vel propter dominium, quod aſſecuturus ſit, vel propter timorem veniat, ut in *noſtram* religionem admittatur; & ſi vir ſit, ut inquirant de eo, annon forte collocaverit oculos ſuos in aliquam fœminam Judaicã; & ſi fœmina ſit, ut inquirant de ea, annon forte collocaverit oculos ſuos in aliquem adoleſcentem ex adoleſcentibus Iſraelis; & ſi non inveniant in iis aliquam talem (35) cauſam, notã iis faciant gravitatem jugi Legis, & moleſtiam quam in obſervatione illius patiuntur populi terræ, ut recedant; ſed ſi *nihilominus Proſelytiſmum in ſe* recipient, & non *omnino* recedent, de iiſque *ſtatu* perſpectum habeant, quod ex amore *religionis ad eam* convertantur; *tum* eos recipiant, juxta quod dictum eſt [*de Rutha Proſelyta*]. (36) *Cum videret* [*Naomi,*] *quod obſtinato animo decreviſſet ſecum pergere, deſtitit eam* [*ulterius*] *alloqui* [*de hac re*]:

XV. Propterea Synedrium non recipiebat Proſelytos omnibus diebus Davidis & Solomonis; non in diebus Davidis, ne forte converterentur (37) ob timorem; nec in diebus Solomonis, ne forte converterentur ob ſplendorem regni *illius*, & felicitatem, & magnificentiam, quâ fruebantur Iſralitæ ſub eo: Quicunque enim convertitur à

שהמצוה הנכונה כשיבוא הגר או הניורת להתגייר בודקין אחריו שמא בגלל ממון שיטול או בשביל שררה שיזכה לה או מפני הפחד בא להכנס לדת · ואם איש הוא בודקין אחריו שמא עיניו נתן באשה יהודית · ואם אשה היא בודקין שמא עיניה נתנה בבחור מבחורי ישראל · אם לא נמצא להם עילה · מודיעין אותן כובד עול התורה וטורח שיש בעשייתה על עמי הארצות כדי שיפרושו · אם קבלו ולא פרשו וראו אותן שחזרו מאהבה מקבלים אותן שנאמר ותרא כי מתאמצת היא ללכת אתה ותחדל לדבר אליה:

טו לפיכך לא קבלו בית דין גרים כל ימי דוד ושלמה בימי דוד שמא מן הפחד חזרו · ובימי שלמה שמא בשביל המלכות והטובה והגדולה שהיו בה ישראל חזרו · שכל החוזר מן הכותים

Genti-

בשביל דבר מהבלי העולם אינו מגירי הצדק· ואף על פי כן היו גרים הרבה מתגיירים בימי דוד ושלמה והיו טובלים בפני הדיוטות· והיו בית דין הגדול חוששין להם ולא דוחין אותן אחר שטבלו מכל מקום ולא מקריבין אותן עד שתראה אחריתם:

יו ולפי שגייר שלמה נשים ונשאן· וכן שמשון גייר ונשא· והדבר ידוע שלא חזרו אלו אלא בשביל דבר· ולא על פי בית דין גיירום חשבן הכתוב כאלו הן כותיות ובאסורן עומדין· ועוד שהוכיח סופן על תחלתן שהן עובדות עבודת כוכבים ומזלות שלהן ובנו להן במות והעלה עליו הכתוב כאלו הוא בנאן שנאמר אז יבנה שלמה במה:

יז גר שלא בדקו אחריו או שלא הודיעוהו המצות ועונשן ומל וטבל בפני

Gentilibus ob aliquam rem è vanitatibus mundi inter Profelytos justitiæ non eft connumerandus; nihilominus complures Profelyti initiati fuerunt temporibus Davidis & Solomonis, fed baptizati fuerunt coram (38) privatis; eos vero Synedrium magnum valde fufpectos habuit, non autem rejiciebat eos, poftquam baptizati fuerant quocunque modo, nec tamen (39) eos amplectebatur, donec fatis perfpecta effet eorum ultima intentio.

XVI. Quapropter Solomon prius Profelytifmo initiabat uxores fuas, & deinde ducebat eas; & fic Sampfon prius Profelytifmo initiabat uxorem fuam, & deinde ducebat eam, quamvis res nota erat quod non converfæ effent, nifi ob rem *fuam*; *quapropter* non initiabant eas ex confenfu Synedrii, & Sacra Scriptura (40) reputat eas ac fi effent Gentiles, & in ftatu (41) prohibitionis fuæ *adhuc* perfiftentes; & præterea (42) earum finis arguit, quale erat earum initium; nam illæ colebant (43) idola, quæ habuerunt, & extruxerunt fibi loca excelfa, atque ideo Sacra Scriptura (44) imputavit Solomoni, ac fi ipfe condidiffet ea, uti dictum eft, (45) *tum Solomon exftruebat locum excelfum.*

XVII. Si Profelytus fit, de quo non inquirebant, vel cui non nota fecerunt præcepta, & pœnas *ob violationem* eorum, ifque circumcifus

&

& baptizatus fuerit coram Triumviris privatis, ecce ille habendus eſt Proſelytus, etiamſi notum ſit, quod ille ob rem ſuam Proſelytus factus fuiſſet; quandoquidem enim circumciſus & baptizatus ſit, eximitur ex univerſalitate Gentilium; ſed cum valde ſuſpectum habent, donec manifeſtaverit juſtitiam ſuam; & etiamſi relabatur, & iterum colat idola, ecce ille nihilominus habendus eſt tanquam Iſraelita apoſtata; nam ſponſalia illius ſunt ſponſalia *legitima*,& mandatum eſt ut(46) reſtituant ei deperditum illius; poſtquam enim baptizatus fuerat, factus eſt ſicut Iſraelita, quapropter Sampſon & Solomon retinuerunt uxores ſuas, licet detecta fuiſſet earum Apoſtaſia.

XVIII. Quapropter dicunt ſapientes, quod Proſelyti graves ſint Iſraelitis, ſicut plaga Lepræ; quippe plerique eorum relabuntur ob rem ſuam, & ſeducunt Iſraelitas; difficile enim eſt ſeperari ab iis, poſtquam Proſelyti facti fuerint;accedas enim & diſcas, quid evenit *propter eos* in deſerto (47) in caſu Vituli aurei, &(48) Kibroth-Hatavæ, uti pariter & pleræque tentationes initium habuerunt à (49) colluvie Proſelytorum.

שלשה הריוטות הרי זה גר׳ אפילו נודע שבשביל דבר הוא מתנייר הואיל ומל וטבל יצא מכלל הכותים וחוששין לו ·עד שיתבאר צדקותו׳ ואפילו חזר ועבר עבודת כוכבים ומזלות הרי הוא כישרא מומר שקידושיו קידושין׳ ומצוה להחזיר אבדתו מאחר שטבל נעשה כישראל׳ ולפיכך קיים שמשון ושלמה נשותיהן ואף על פי שנגלה סורן:

יח ומפני זה אמרו חכמים קשים להם גרים לישראל כנגע צרעת שרובן חוזרין בשביל דבר ומטעין את ישראל׳ וקשה הדבר לפרוש מהם אחר שנתניירו׳ צא ולמד מה אירע במדבר במעשה העגל ובקברות התאוה וכן רוב הנסיונות האספסוף היו בהן תחלה:

Notæ ad Cap. I.

1. Exod. cap. 12. v. 48.
2. Deutr. cap. 33. v. 9.
3. Exod cap. 19. v. 10.
4. Exod. cap. 24. v. 5.

5. Vox

5. Vox שכינה *Shechinah* proprie significat habitationem; apud Rabbinos vero dicitur de eximia ea Dei gloria, quæ à Mosis tempore usque ad dirutum Templum Solomonis, excisasque per Chaldæos Hierosolymas inter Israelitas habitabat; postquam enim Deus eos in peculium suum elegisset, ex ingenti gratia sua, qua istum populum fovebat, iis diu modo extraordinario aderat, præsentiamque suam divinam inter eos nube densa manifestabat, quam Paraphrastæ Chaldaici & Rabbini (vox enim in Sacra Scriptura non occurrit) שכינה *Shechinah* appellant, i.e. *cohabitationem*, scilicet Divinæ Majestatis inter eos; habitabat autem ea, primo scilicet in Tabernaculo (Exod. c. 40. v 34) & deinde in Templo Solomonis, (1 Reg. c. 8. v. 10.) in eo Sanctuarii adyto, quod Sanctum Sanctorum appellatur, operculoque propitiatorio Arcæ fœderis, quæ in medio adyti collocata fuerat, insidens ab eo inter alas Cherubinorum in nube densa se exhibebat videndam; atque hinc in Epistola ad Hebræos cap. 9. v. 5. Cherubini vocantur Χερουβὶμ δόξης, ob divinam scilicet gloriam, quæ inter eos elucebat; ob quam etiam rationem in veteri Testimento frequenter de Deo dicitur, quod inter Cherubinos habitat 1 Sam. 4. 4. 2 Sam. 6. 2. 2 Reg. 19. v. 15. 1 Chron. 13. 6. Psalm 80. v. 1. & Psalm 99. v. 1. & Isaiæ c. 37. v. 16. ad quæ loca Chaldæi Paraphrastæ רשכנתיה שריא ביני כרוביא i. e. *cujus Shechinah* seu divina majestas *habitat inter Cherubinos* vel רשכנתיה שריא עיל מן כרוביא i. e. *cujus divina majestas habitat sursum à Cherubinis.* In Sancto enim Sanctorum à duobus lateribus Arcæ stabant duo Cherubini cum alis expansis, quæ cum symbolum protectionis præ se ferebant omnibus iis, qui ad verum Dei cultum accederent, ad eas hæc Phrasiologia de *statione Proselyti sub alis Divinæ Majestatis* alludere est intelligenda. Sed cum post dirutum Templum primum non amplius habitaret hæc divina Majestas inter Israelitas, quoties vox שכינה *Shechinah* temporibus deinde sequentibus applicetur, latiori sensu est intelligenda; in Rabbinicis enim scriptoribus non tantum hanc extraordinariam cohabitationem Divinæ Majestatis inter Israelitas, sed quamcunque præsentiam Dei significat, sive per spiritum Prophetiæ, uti in Prophetis, sive per gratiam suam, uti in omnibus cultoribus ejus; Deus enim Ecclesiæ suæ omnibusque membris illius semper præsens adest, ut protegat & foveat gratiâ suâ: Hanc præsentiam illius sibi semper vendicant Judæi, cæterisque omnibus negant, atque ideo cum aliquis ad eorum religionem transeat, quasi jam relicta omni impietate sub tutelam divinæ gratiæ reciperetur, dicunt eum להכנס תחת כנפי השכינה i.e. *colligi sub alis divinæ Majestatis*, & להסתופף תחת כנפי שכינה, i.e. *stationem haberi* seu protegi *sub alis divinæ Majestatis*; quæ Phrasiologiæ apud Judæos frequentissimæ sunt, & olim usurpatæ, ad easque non dubio quin respexisset Christus, cum dixisset Matth. c. 23. v. 37. & Luc. 13. v. 34. Ἱερουσαλὴμ Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε, i.e. *O Jerusalem, Jerusalem, qui occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare*

 filios

filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos suos sub alas, & non voluisti.

6 Vide Exod. cap. 24 v. 8.

7. Sic etiam ei, cujus membrum virile abscissum fuerat, opus erat tantum baptismo & sacrificio; vide Shulcan Aruch in Yorch Deah c.268. sect. 1.

8. Num. cap. 15. v 15.

9. Post dirutum enim Templum cessavit inter Judæos sacrificium, quippe nefas iis erat in aliquo alio loco sacrificare.

10. Isti enim Triumviri, coram quibus peragendus erat, constituebant consistorium judiciale; vide quæ supra annotavi ad Tract. de donis pauperum cap. 9. not. 9

11. Die enim Sabbathi, vel die Festo, vel nocte actus forensis apud Judæos peragi non debuit; vide Tractatum Misnicum Sanhedrin cap. 4.

12. Secundum vulgare dictum, quod fieri non debuit, factum valet.

13. Quicunque enim Religioni Iudaicæ per baptismum initiandus erat, debuit in se recipere jugum Legis, omnibusque præceptis illius assensum, & obedientiam profiteri; cum vero minorennis ob ætatem, quæ tali assensui præbendo illegitima erat, hoc non poterat præstare, vel pater ejus, si ipse prius Proselytus factus fuisset, vel si pater non adesset, Consessus Triumviralis, cujus autoritate baptizatus erat, assensum præbebat, & obedientiam profitebatur illius nomine; Majores ideo nunquam nisi ex proprio assensu, & animi sui sententia Religioni Iudaicæ initiabantur; minores autem, quod rite ipsi assentire non poterant, non ex sententia sua, sed ex sententia Patris, vel Consessus Triumviralis Proselyti facti fuerant, eodem modo quo in Baptismo Christiano, quoties minorennes baptizandi sunt, alii eorum nomine Doctrinæ Christianæ assensum præbent, & obedientiam præceptis illius vovent & profitentur.

14. Quippe scilicet eo in jus Proselytismi, omniaque Israelitæ privilegia admittitur.

15. Baptismus enim apud Iudæos in Proselytorum filiis non iterabatur, quin is semel peractus pro omnibus deinde posteris sufficiebat.

16 Quippe hi non constituunt Consistorium judiciale, quod autoritatem habet de baptismo illius, an rite peragatur, judicare.

17. Vide Levit. c. 15. vv. 19, 20. &c.

18. Vide supra Tract. de Donis Pauperum cap. 6. sect. 2.

19. i. e. ob fluxum seminis nocturnum, vide Levit. 15. v. 16.

20. Ita scilicet ut admittatur ad omnia privilegia cum Israelitis, excepto matrimonio.

21. Quia scilicet matrimonium cum Gentilibus tam severis legibus apud Iudæos prohibitum fuerat, (vide Deut. 7. v. 3. Ezra cap. 10. & Neh. cap. 13. vv. 23, 24. &c.) valde cauti erant illud non omnino contrahere, nisi cum illis, de quibus constabat certis testimoniis, quod ex universalitate Gentilium per proselytismum exempti fuissent.

22. i. e. quoniam hoc confessus est contra semetipsum, quod fuerat Gentilis, credendus est, cum dicat pro seipso, quod sit Proselytus.

23. Uti in iis scilicet, quæ captivitatem Babylonicam antecesserunt, quæque deinde post solutionem ejusdem usque ad receptum Romani imperii jugum

jugum sunt subsecuta, quibus floruit suique prorsus juris mansit Judæorum status; cum enim sub istis temporibus nulli incolæ, si Proselytos Domicilii excipias, in terra Judaica jure permittendi essent, nisi qui relicto omni cultu extraneo se religioni Judaicæ addicerent, inter eosque primæ notæ semper haberentur, qui Judæi orig narii fuerant, longe vero inferioris qui ascititii, si quis tunc diceret se Gentilem olim fuisse, & deinde Proselytum factum, credebant ei, tum quod inter eos sedem obtinuit, tum quod eodem tempore, quo pro se dixit, quod Proselytus sit, hoc etiam testatus est contra se, quod fuerat Gentilis: sed in terra Judaicâ, postquam illa exteris subjecta fuerat, uti etiam in aliis extra Judæam terris, quia tum habitabant inter eos, qui nullius infamiæ notam existimabant pro Gentilibus reputari, licet quis diceret se Gentilem fuisse, & deinde Proselytum factum, non ei fidem habebant, nisi certis testimoniis hoc probaret.

24. Quia scilicet illi melioris notæ fuerant, qui originem ducebant ab eo, cujus Proselytismus certis testimoniis manifestatus fuerat, quam ii, qui posteri illius erant, de cujus Proselytismo dubitatum fuit.

25. Vide quæ supra annotavi ad Tract. de Donis Pauperum cap 8. not. 23. quæque infra à Maimonide tradita sunt cap. 2. sect. 9.

26. i.e. si Judaicam religionem in se suscipiat, & baptizetur, priusquam à Domino de hac re admonetur; Judæus enim, qui servum Gentilem emit, tenetur eum quamprimum potest adducere baptizandum in nomine servi; si vero hoc aliquantisper omittat, ita ut interim servus ei præveniat, & absque autoritate illius Judaicam religionem profiteatur, in plenum Proselytismum, atque ideo in libertatem est admittendus.

27. Quoniam si Dominus, qui præsens adest, non contradicat, illius assensus est supponendus.

28. Proselytismus enim servi est imperfectus proselytismus inter Proselytismum Justitiæ & Proselytismum Domicilii medius; multa enim sunt Israelitarum jura, in quæ servus baptismo suo non admittitur, atque ideo si libertate donetur, (29) opus est ei alio baptismo, quo in omnia Israelitarum jura admissus perfectum Proselytismum consequatur.

30. Vide infra cap. 2. sect. 2.

31. i.e. in conceptaculo aquarum naturali, quale est fluvius, fons, stagnum, & non in artificioso, quod sola aqua hausta repletur; quodque tantæ aquæ capax sit, ut quis possit in eo una immersione totum corpus abluere; in genere de aqua ad lavandum legitima sic Maimonides in Mikvaoth cap: 4. sect. 1.
דין תורה שכל מים מכתסין טובלין בהן שנאמר מקוה מים מכל מקום והוא שיהיה בהן כדי להעלות בהן כדי טבילה לכל גוף האדם כבת אחת שיערו חכמים אמה על אמה ברום שלוש אמות ושיעור זה הוא מחזיק ארבעים סאה מים בין שאובין בין שאינן שאובין מדברי סופרים שהמים השאובין פסולין לטבילה ולא עוד אלא מקוה מים שאינן שאובין שנפל לתוכן שלשה לוגין מים שאובין פסלו הכל i. e. ex Lege omnis aquarum confluxus idoneus est, in

quo

quo lavent (ficut dictum eft Levit. 11. v. 36. *congregatio aquarum [erit munda]*,) quocunque modo fiat, fi modo contineat tantum aquæ, quantum fufficiat, ut totum hominis corpus in eo lavetur una immerfione; quantitatem illius determinarunt fapientes, ut fcilicet effet latitudinis unius cubiti undiquaque, & altitudinis trium cubitorum, quæ menfura contineat quadraginta Seas aquarum, five hauftarum five perennium; ex placitis vero fcribarum aquæ hauftæ illegitimæ funt ablutioni; neque hoc tantum dicunt, fed etiam, fi fit confluxus aquarum perennium, in eumque cadant tres Logi aquæ hauftæ, quod ea totum aquarum confluxum faciat illegitimum, &c.

32. Valde fuperftitiofi funt Judæi in lotionibus fuis, maximeque cavent, ne cum femetipfos lavent alicui corporis particulæ adhæreat quid, quod integrum illius ablutionem impediat, & fi quid tale fit, exempli gratia luti aliqua particula, vel etiam oculorum mucus, vel cicatricum cruftulæ, vel fanguis induratus, & multa hujus generis alia, ablutio eft illegitima; de hac re fic Maimonides in Mikvaoth cap. 1. fect. 12. אחר האדם או הכלים לא יהיה דבר חוצץ בינם ובין המים ואם היה דבר חוצץ בינם ובין המים כגון שהיה בצק או טיט מודבק על בשר האדם או על גוף הכלי הרי זה טמא כשהיה ולא עלתה להן טבילה

i. e. five homo, five vas lavatur, non erit aliquid difcriminans inter corpus lavandum & aquam, & fi aliquid difcriminet inter corpus lavandum & aquam, exempli gratia fi fit excrementum aliquod, vel lutum adhærens vel carni hominis, vel corpori vafis, ecce quod lavatur manet immundum, ficut prius fuerat, nec omnino ei prodeft lotio illius. Vide plura de hac re apud eundem Maimonidem in tractatu Mikvaoth cap. 2. & cap. 3.

33. 2 Sam cap. 12. v. 25.

34. Senfus continuatur per quatuor fequentes fectiones.

35. Quæ procedit fcilicet ab animo minus fyncero.

36. Ruth. cap. 1. v. 18.

37. Scilicet bellicofiffimi regis & populi tum præpotentis.

38. i. e. non publica autoritate conftitutis.

39. i. e. non recipiebat in omnia Profelyti privilegia.

40. Vocantur enim in Sacra Scriptura נשים נכריות *uxores extraneæ*, i. e. Gentiles (vide Reg lib. 1. cap. 11. v. 1) apud Hebræos enim illi foli extranei dicuntur, qui funt extra Ecclefiam eorum.

41. Quâ fcilicet prohibentur in congregationem Ifraeliticam intrare, aut ab Ifraelitis in uxores duci.

42. i. e. ea Idololatria, ad quam iterum poft profelytifmum relapfæ funt, arguit, quod non ex animo fyncero & religionis amore eæ initiatæ fuerant.

43. Vide Reg. lib. 1. cap. 11. v. 4.

44. Reg. lib 1. cap. 11. v. 5.

45. Reg. lib. 1. c. 11. v. 5.

46. juxta quod mandatum eft Deut. c. 22. vv. 1, 2, 3.

47. Vide Exod. cap. 32.

48. Vide Num. cap. 11. v. 33.

49. i. e. à multitudine illa mixta, quæ Ifraelitas ex Ægypto fecuta eft.

CAP. II.

פרק שני

א **כיצד** מקבלין גירי הצדק בזמן הזה כשיבוא להתגייר ויבדקו אחריו ולא ימצאו עילה· אומרין לו מה ראית שבאת להתגייר· אי אתה יודע שישראל בזמן הזה דווים ודחופים ומסוחפין ומטורפין ויסורין באין עליהן· אם אמר אני יודע ואיני כדאי מקבלין אותו מיד:

ב ומודיעין אותו עיקרי הדת שהוא ייחוד השם ואיסור עבודת כוכבים ומזלות· ומאריכין בדבר הזה· ומודיעין אותו מקצת מצוות קלות ומקצת מצוות חמורות ואין מאריכין בדבר זה· ומודיעין אותו עון לקט שכחה ופאה ומעשר שני· ומודיעין אותו עונשן של מצות· כיצד אומרים לו הוי יודע שעד שלא באת לדת זו אם אכלת חלב אי אתה ענוש כרת· אם חללת שבת אי אתה ענוש סקילה ועכשיו

CAP. II.

I. **Q**Uomodo admittent Profelytum *(1)* hifce diebus? *Refp.* Cum venerit, ut initiaretur, & inquifiverint de eo, & non invenerint *aliquam* caufam *iniquam converfionis* illius, dicent illi, quid percepifti *in nobis*, quod venis ut fias Profelytus? nonne cognofcis, quod Ifraelitæ hifce temporibus fint doloribus afflicti, & exagitati, & extorres, & diffipati, & quod afflictiones continuo ingerantur iis? fi refpondeat hæc cognofco, *(2)* nec tamen dignus ego, *qui accipiar inter illos*, ftatim illum admittent.

II. Et fundamenta Religionis ei nota facient; qualia funt unitas Dei, & prohibitio Idololatriæ, & de his prolixe agent; nota etiam ei facient aliqua præcepta *(3)* leviora, & aliqua graviora, fed de his non prolixe agent; & ei etiam notam facient iniquitatem *detentionis* Spicilegii, rei oblivione relictæ, anguli, & decimarum fecundarum; notas etiam ei facient pœnas præceptorum; Quomodo? *Refp.* Dicent ei, fcito tu, quod priufquam accederes ad religionem hanc, fi comederes adipem *(4)* non puniendus eras pœnâ excifionis, nec, fi profanares Sabbathum, puniendus eras pœna lapidationis; fed jam, poftquam Profelytus factus fis, fi *(5)* comedas

das adipem puniendus es *(6)* pœnâ excisionis,& si profanes Sabbathum puniendus es *(7)* pœnâ lapidationis; sed non cum multis gravabunt, nec solicite ei incutient minutiora, ne forte in causa sint, ut depellant eum, avertantque à viâ recta ad viam iniquam; nam in initio non trahunt hominem, nisi mollibus benevolentiæ verbis, uti in Scriptura dicitur, *(8) funibus hominis trabam eos*, *(9)* & postea (10) *vinculis charitatis*.

III. Sicut notas ei faciunt præceptorum pœnas, sic etiam nota ei facient præceptorum prœmia; & declarabunt ei, quod ex observatione horum præceptorum acquiret vitam *æternam* in mundo futuro; & quod nemo sit perfecte justus, nisi vir sapiens, qui observat hæc præcepta, etiam & cognoscit ea.

IV. Dicent etiam ei scito tu, quod mundus futurus non reservatur nisi justis, iique sunt Israelitæ; & quoad hoc, quod observes Israelitas in afflictionibus esse in hoc mundo, ideo est, quod felicitas *mundi futuri* reservetur iis; nam non possunt multâ felicitate frui in hoc mundo, sicut Gentes *terræ*, ne forte superbiat animus eorum, iique in errores abducantur, & perdant prœmium seculi futuri, juxta id

אחר שתתגייר אם אכלת
חלב אתה ענוש כרת· אם
חללת שבת אתה ענוש
סקילה: ואין מרבין עליו
ואין מדקדקין עליו שמא
יגרום לטרדו ולהטותו מדרך
טובה לדרך רעה שבתחלה
אין מושכין את האדם אלא
בדברי רצון רכים וכן הוא
אומר בחבלי אדם אמשכם
ואחר כך בעבותות אהבה:

ג וכשם שמודיעין אותו
עונשן של מצות כך מודיעין
אותו שכרן של מצות·
ומודיעין אותו שבעשיית
מצות אלו יזכה לחיי העולם
הבא· ושאין שום צדיק גמור
אלא בעל החכמה שעושה
מצות אלו ויודען:

ד ואומרין לו הוי יודע
שהעולם הבא אינו צפון
אלא לצדיקים והם ישראל:
וזה שתראה ישראל בצער
בעולם הזה טובה היא
צפונה להם שאינן יכולין
לקבל רוב טובה בעולם
הזה כאומות שמא ירום לבם
ויתעו ויפסידו שכר העולם

quod

הבא כענין שנאמר וישמן ישורן ויבעט:

ה ואין הקדוש ברוך הוא מביא עליהן רוב פורענות כדי שלא יאבדו אא כל האומות כלין והן עומרין ומאריכין בדבר הזה כדי לחבבו: אם חזר בו ולא רצה לקבל הולך לדרכו ואם קבל אין משהין אותו אלא מולין אותו מיד ואם היה מהול מטפין ממנו דם ברית ומשהים אותו עד שיתרפא רפואה שלימה: ואחר כך מטבילין אותו:

ו ושלשה עומרין על גביו ומודיעין אותו מקצת מצות קלות ומקצת מצות חמורות פעם שניה והוא עומד במים ואם היתה אשה נשים מושיבות אותה במים עד צוארה והריינין מבחוץ ומודיעין אותה מקצת מצות קלות וחמורות והיא יושבת במים ואחר כך טובלת בפניהם והן מחזירין פניהן ויוצאין כדי שלא יראו אותה כשתעלה מן המים:

ז אי זה הוא גר תושב זה

quod dicitur, (11) *impinguatus est Iesburon & recalcitravit.*

V. Nec tamen Sanctus Benedictus ille pœnas nimis graves infligit iis, ne pereant; sed omnes Gentes peribunt, ipsi vero *Israelitæ* permanebunt: Et prolixe agent de hac re, ut amorem in eo excitent; si vero resiliat, & non velit *proselytismum in se* suscipere, abeat in viam suam; sed si suscipiat non morabuntur eum, quin statim eum circumcident, & si *prius* (12) circumcisus fuisset, eliciunt ab eo sanguinem fœderis *ex præeuntis scilicet circumcisionis cicatrice, & tum* morabuntur eum, donec perfecte sanetur *vulnus illius*, & deinde baptizabunt illum.

VI. Et Triumviri stabunt sursum juxta eum, notaque ei facient aliqua præcepta leviora, & aliqua graviora (13) secunda vice, dum ipse adhuc stet in aquis; sed si fœmina sit, *quæ initiatur*, fœminæ eam collocabunt in aquis collum tenus, & judices stabunt extra, & nota facient ei aliqua præcepta leviora, & aliqua graviora, dum ipsa adhuc est in aquis; postquam vero baptizata sit coram illis, avertent facies suas, & egredientur, ne videant eam, cum ascendat ex aquis.

VII. Quis est Proselytus Domicilii?

cilii? *Resp.* Is Gentilis est, qui in se suscipit à cultu Idolorum abstinere, & cætera observare præcepta, (14) quæ præcipiuntur filiis Noæ, nec circumciditur, nec baptizatur, quin ecce admittunt eum, veluti unum ex piis è Gentibus mundi. Quare autem vocatur Proselytus Domicilii? *Resp.* quia licitum est nobis ei domicilium præbere inter nos in Territorio Israelitico, sicut explicavimus in (15) Constitutionibus de Idololatria.

VIII. Non admittunt Proselytum Domicilii; nisi iis temporibus, quibus Jubilæi (16) solent observari; hisce autem diebus, licet quis totam prorsus Legem in se suscipiat excepta una *tantum* minutissima parte illius, non admittunt eum.

IX. Si servus ematur à Gentilibus, non dicent ei, (17) quid percepisti *in nobis*, quod venis *ut fias Proselytus*; quin dicent ei, vis ne tu admitti in numerum servorum Israeliticorum, ut sis ex iis, qui in via recta sunt, vel non? si velit admitti, nota ei facient fundamenta religionis, & aliqua præcepta leviora, & aliqua graviora, & pœnas, & præmia eorum, sicut *ea* nota faciunt Proselyto, & deinde baptizabunt eum, sicut baptizant Proselytum, & nota ei facient *præcepta*, dum sit in aquis; sed si non velit *proselytismum in se* suscipere, expectabunt

כותי שקבל עליו שלא יעבוד עבודת כוכבים ומזלות עם שאר המצות שנצטוו בני נח ולא מל ולא טבל הרי זה מקבלין אותו והוא מחסידי אומות העולם · ולמה נקרא שמו תושב לפי שמותר לנו להושיבו בינינו בארץ ישראל כמו שבארנו בהלכות עבודת כוכבים ומזלות:

ח ואין מקבלין גר תושב אלא בזמן שהיובל נוהג · אבל בזמן הזה אפילו קבל עליו כל התורה כולה חוץ מדקדוק אחד אין מקבלין אותו:

ט העבד הנלקח מן הכותים אין אומרין לו מה ראית שבאת · אלא אומרים לו רצונך שתכנס לכלל עבדי ישראל ותהיה מן הכשרים או לא · אם רצה מודיעין לו עיקרי הדת ומקצת מצות קלות וחמורות ועונשן ושכרן כמו שמודיעין את הגר ומטבילין אותו כגר · ומודיעין אותו כשהוא במים · ואם לא רצה לקבל מגלגלין עליו כל

(18) to-

שנים עשר חדש ומוכרו לכותים ואסור לקיימו יותר על כן· ואם התנה עליו מתחלה שלא ימול ולא יטבול אלא יהיה גר תושב מותר לקיימו בעבודתו כשהוא גר תושב ואין מקיימין עבר כזה אלא בזמן היובל:

י הכותים אין אסורים עליהם משום ערוה אלא אמו ואשת אביו ואחותו מאמו ואשת איש חכור וכהמה כמו שיתכאר בהלכות מלכים ומלחמותיהן· אבל שאר עריות מותרין להן:

יא כותי שנתגייר ועבד שנשתחרר הרי הוא כקטן שנולד וכל שאר בשר שהיו לו כשהוא כותי או כשהוא עבד אינן שאר בשר· ואם נתגייר הוא והם אינו חייב על אחת מהם משום ערוה כלל:

יב דין תורה שמותר לגר שישא אמו או אחותו מאמו שנתגיירו· אבל חכמים אסרו דבר זה כדי

(18) totos duodecim menſes, & tum *iterum* vendent eum Gentilibus, prohibitum enim eſt eum diutius retinere; ſed ſi conditionem fecerit cum domino ſuo ab initio, quod nec circumcideretur, nec baptizaretur, quin eſſet Proſelytus Domicilii, licitum eſt retinere eum in ſervitute illius, cum ſiat Proſelytus Domicilii; ſed non retinebunt talem ſervum, niſi iis *ſolis* temporibus, quibus obſervantur Jubilæi.

X. Gentilibus ſub nomine prohibiti congreſſus interdicuntur duntaxat mater, patris uxor, & ſoror uterina, & uxor alterius viri, & maſculus, & beſtia, quemadmodum *infra* explicabimus in (19) Tractatu de Regibus & rebus eorum bellicis; reliqui autem (20) prohibiti congreſſus iis liciti ſunt.

XI. Gentilis enim, qui Proſelytus fit, *uti* & ſervus qui manumittitur, *habendus* eſt tanquã infans recens natus, omneſq; conſanguinei, quos habuit dum adhuc Gentilis fuerat, vel dum adhuc ſervus fuerat, jam deſinunt *ulterius haberi* pro conſanguiniis *illius*, & *licet* Proſelytus factus ſit ſimul cum illis *eodem tempore*, non omnino *tamen* reus eſt inceſtus ob congreſſum cum aliqua earum.

XII. Ex ipſâ Lege fas eſt Proſelyto ducere matrem ſuam, vel ſororem ſuam uterinam, poſtquam ipſæ pariter Proſelytæ factæ fuerint; ſed ſapientes hoc prohibuerunt, ne

dicerent *Proselyti*, (21) devenimus à Sanctitate majore ad Sanctitatem minorem; quoniam quæ hesterno die illi interdicta fuit, eam hodierno ducere fas sit; nihilominus Proselytus, qui cum matre sua, aut cum sorore sua *uterina* concumbit, dum ipsæ adhuc Gentiles sint, (22) non aliud facit, ac is qui cum fœmina quacunque extranea concumbit.

XIII. Quomodo se habet jus Proselytorum in re prohibiti congressus ob consanguitatem? *Resp.* Si *Proselytus*, cum adhuc Gentilis esset, connubio adjunctus fuisset matri suæ, vel sorori suæ *uterinæ*, & deinde *utrique simul* Proselyti facti fuerint, separabunt eos, (23) sicut explicavimus; sed si connubio adjunctus fuisset alicui alii ex iis, (24) quæ nomine incestus interdictæ sunt, & ipse simul & uxor illius Proselyti facti fuerint, non separabunt eos; Proselytus autem postquam factus sit Proselytus, ex sancitis Scribarum cognatis sibi materno sanguine conjunctis prohibetur, cognatam verò sibi *tantum* paterno sanguine conjunctam ei fas est ducere, immo licet certissime constet, quod illa ex paterno sanguine ei cognata sit; exempli gratia, si (25) gemelli nati fuerint, quorum utriusq; unum eundemque patrem fuisse pro certissimo est, nihilominus (26) sanguinis paterni nomine matrimonium his non interdictum est; quapropter Proselytus ducat uxorem fratris sui germani, vel

שלא יאמרו כאנו מקדושה חמורה לקדושה קלה· שאמש היתה לו זו אסורה והיום מותרת· וכן גר שבא על אמו או אחותו והיא בגיותה הרי זה כבא על הנכרית:

יג כיצד דין הגרים בעריות של שאר בשר· אם היה נשוי כשהוא כותי לאמו או לאחותו ונתגיירו מפרישין אותן כמו שבארנו· ואם היה נשוי לשאר עריות ונתגייר הוא ואשתו אין מפרישין אותן· גר אסור בשאר האם אחר שנתגייר מדברי סופרים ומותר בשאר האב אף על פי שיודע בודאי שזה שארו מאביו· כגון תאומים שדבר ברור שאביו של זה הוא אביו של זה אף על פי כן לא גזרו על שאר אביו· לפיכך נושא הגר אשת אחיו מאביו ואשת אחי אביו ואשת אביו ואשת בנו אף על פי שנשאת לאחיו או לאביו או לאחי אביו או לבנו אחר שנתגיירו· וכן אחות אמו

vel

מאביה ואחותו מאביו · ובתו שנתגיירה מותרת לו · אבל אינו נושא לא אחותו מאמו ולא אחות אמו מאמה ולא אשת אחיו מאמו שנשא אחיו מאמו אחר שנתגייר · אבל אם נשאה אחיו כשהוא גוי הרי זו מותרת לו :

יד שני אחים תאומים שהיתה הורתן שלא בקדושה ולידתן בקדושה חייבין משום אשת אח :

טו הנושא גיורת ובתה הגיורת או שתי אחיות מן האם ישב עם אחת מהן ומגרש השנייה : נשא גיורת ומתה הרי זה מותר לישא אמה או בתה שלא גזרו אלא בחייהן ומותר לאדם לישא שתי אחיות גיורות מן האב שלא גזרו בשאר האב כמו שבארנו :

יו השניות כולן לא גזרו עליהן בגרים · לפיכך מותר

uxorem patrui sui, vel novercam, vel nurum suam, immo etiamsi nupta esset fratri, vel patri, vel patruo, vel filio ejus,(27) postquam proselyti facti fuissent, & sic etiam *ducat* matris suæ sororem germanam, æque ac sororem germanam suam; & filia etiam illius postquam proselyta facta sit licita est ei. Sed non omnino ducet (28) vel sororem suam uterinam, vel sororem matris uterinam, vel uxorem fratris uterini, quam duxit iste frater uterinus postquam proselytus factus fuerat, sed si frater ejus duxisset eam, dum adhuc Gentilis esset, ecce illa licita est ei.

XIV. Fratres gemelli, qui concepti erant (29) extra Sanctitatem, sed nati in Sanctitate, tenentur invicem (30) lege de prohibito congressu cum uxore fratris.

XV. Qui duxit Proselytam, & filiam illius, quæ Proselyta facta est, vel duas (31) sorores uterinas, habitabit cum una earum, & repudiabit alteram: si vero duxerit Proselytam, eaque moriatur, ecce ei fas est ducere matrem illius, vel filiam illius, quoniam de his non decreverunt *Scribæ*, (32) nisi cum *simul* fuerint in vivis; fas est etiam homini ducere duas sorores germanas è Proselytis, quoniam non decreverunt (33) de propinquis ex sanguine paterno, sicut explicavimus.

XVI. De (34) Congressibus fe-

cundario prohibitis nihil omnino decreverunt quoad Proſelytos, quapropter licet Proſelyto ducere aviam ſuam maternam; licet etiam alicui dicere Proſelytam ſimul & aviam maternam illius, vel filiam filiæ filiæ illius,& ſic in cæteris cognatis ſecundario prohibitis.

הגר לישא אם אמו ונושא אדם גיורת ואם אמה או בת בת בתה וכן בשאר השניות:

XVII. Servo fas eſt in contubernium accipere matrem ſuam, quamdiu *manet* ſervus, *cumque hoc ei licitum ſit*, non opus eſt dicere, *quod etiam ei fas eſt in contubernium accipere* filiam ſuam, vel ſororem ſuam, & quæ ſunt id genus cæteras; etenim jam exiit è numero Gentilium, atque ideo congreſſus prohibiti Gentilibus ei non ſunt prohibiti, nec in numerum Iſraelitarum (35) ita admiſſus eſt, ut ei interdicti ſint congreſſus, qui omnibus Proſelytis *juſtitiæ* interdicuntur.

יז העבד מותר לישא אמו כשהוא עבד ואין צריך לומר בתו ואחותו וכיוצא בהן שכבר יצא מכלל כותי ואין העריות האסורות על הכותים אסורות עליו ולא בא לכלל ישראל כדי שיאסרו עליו עריות האסורות על הגרים:

XVIII. Cæterum mihi videtur, quod ſi ſervus concubuerit cum maſculo, vel beſtia, capite plectendus ſit, quoniam hi duo congreſſus interdicuntur omnibus hominibus.

יח ויראה לי שאם בא העבד על הזכור ובהמה יהרגו· שאיסור שתי עריות אלו שוה בכל האדם:

XIX. Servi qui manumittuntur ſunt in eodem jure cum Proſelytis, & quicquid eſt interdictum Proſelytis, etiam interdictum eſt illis, & quicquid licitum eſt Proſelytis, etiam licitum eſt illis. Licet homini dare ancillam ſuam ſervo ſuo vel ſervo ſocii ſui, & etiam ancillam unicam duobus ſervis adjungere ex propoſito, neq; hic aliquod diſcrimen habetur inter eos & ju-

יט עבדים שנשתחררו הרי הן כגרים כל שאסור לגרים אסור להן וכל המותר לגרים מותר להן· נותן אדם שפחתו לעבדו או לעבד חבירו· ומוסר שפחה אחת לשני עבדים לכתחלה ואינן צריכין שום דבר אלא הרי

menta;

הן כבהמות ושפחה שהיא מיוחדת לעבד או שאינה מיוחדת אחת היא לפי שאין אישות אלא לישרא׳ או לכותים על הכותים אבל לא לעבדים על העבדים ולא לעבדים על ישרא׳:

menta; & ancilla, quæ ſervo in contubernium adjuncta eſt, quæque non adjuncta eſt, (36) eodem modo ſe habent; quia non eſt *verum & legitimum* conjugium niſi inter Iſraelitas, aut inter Gentiles ad invicem, non vero inter ſervos & ancillas, neque inter hoſce & Iſraelitas.

Notæ ad Cap. II.

1. Scripſit hæc Maimonides circa annum à Chriſto nato 1177. ſecundum Judæos enim natus erat juxta eorum calculum anno mundi 4895. i e. Anno à nativitate Chriſti 1135, anno ætatis triceſimo abſolvit Commentarios in Miſnam, & duodecim annos poſtea librum Yad Hachazekah, unde hic Tractatus deſumitur.

2. ad verba. *non ſum ſufficiens*; in textu enim legitur ואיני כדאי, quæ phraſiologia occurrit in Talmude Babylonico in hoc eodem caſu uſurpata, in Tractatu ſcilicet Yebamoth fol.47. col 1. ad ea ſic Gloſſator. ואיני ראוי להשתתף בצרתן ומי יתן ואזכה לכך i.e. non ſum ego dignus ut participem de illorum afflictionibus, utinam quis daret ut dignus eſſem.

3. de præceptis gravioribus & levioribus ſic Maimonides in Tractatu de Pœnitentia cap.1. ſect.2. ומה הן הקלות ומה הן החמורות· החמורות הן שחייבין עליהן מיתת בית דין וכרת ושבועת שוא ושקר אף ע״פ שאין בהן כרת הרי הן מן החמורות ושאר מצות לא תעשה ומצות עשה שאין בהן כרת הם הקלות i.e. Quænam ſunt præcepta leviora, & quænam graviora? *Reſp.* Præcepta graviora ſunt illa, quorum violationi imminet pœna capitalis per domum judicii infligenda, vel pœna exciſionis; præcepta etiam de juramento vano vel falſo, tametſi iis non adjicitur exciſionis pœna, ſunt ex iis quæ ſunt graviora: Cætera vero Præcepta negativa & affirmativa, quorum violationi non imminet pœna exciſionis, ſunt Præcepta leviora.

4. Quippe hæc Præcepta de adipe non comedendo, & de Sabbatho obligabant ſolos Judæos, & non Gentiles, quibus juxta Judæorum doctrinam a ſolis iſtis ſeptem Noachidarum præceptis (de quibus infra) incumbebat obligatio.

5. Scilicet bovis, ovis, & capræ; ſolus enim horum animalium adeps prohibitus fuit, (vide Levit. 7. v. 23.) cæterorum vero non; de hac re ſic

Mai-

Maimonides in Tractatu de Cibis prohibitis cap. 7. sect. 1. האוכל כזית חלב במזיד חייב כרת בשוגג מביא חטאת קבועה ובפירוש אמרה תורה שאינו חייב אלא על שלשה מיני בהמה טהורה בלבד שנאמר כל חלב שור וכבש ועז לא תאכלו בין שאכל מחלב שחוטה בין שאכל מחלב נבלה וטריפה שלהן אבל שאר בהמה וחיה בין טמאה בין טהורה חלבה כבשרה i.e. Qui edit ex adipe quantitatem tantum olivæ ex industria, reus est pœnæ excisionis, sed si ex errore, offeret sacrificium pro peccato statutum; & expresse dicitur in Lege, quod non reus est, nisi tantum ob adipem trium generum bestiarum mundarum (sicut dictum est Levit. 7. v. 13. *nullum adipem bovis aut ovis aut capræ comedetis*) sive edat ex adipe earum, cum mactentur, sive cum ex aliquo casu moriantur, & dilaceratæ sint; sed quoad carnem cæterarum bestiarum & ferarum, sive sint immundæ, sive mundæ, adeps earum est sicut carnis &c. Nec hoc intelligendum est de omni adipe, sed de tribus tantum speciebus illius, uti inquit Maimonides in tractatu supra citato cap. 7. sect. 5. שלשה חלבים הן שחייבין עליהן כרת חלב שעל הקרב ושעל שתי הכליות ושעל הכסלים i.e. Tres species sunt adipis, ob quas aliquis reus fit excisionis, adeps scilicet qui est supra intestina, & qui est supra duos renes, & qui est supra ilia &c.

6. Hæc est pœna in sciptura toties denunciata his verbis *exscindetur è populo suo*; de ea inter Rabbinicos scriptores variæ sunt opiniones; Maimodes videtur per eam intelligisse excisionem à gratia & favore Dei tam in hac vita quam in futura; vide Tractatum illius de pœnitentia cap. 8. sect. 1. De ea etiam agunt Paulus Fagius in Notis ad Paraph. Chald. ad Exod. c. 12. sub num. 15. & Sextinus Amama in Antibarbaro Biblico; & Seldenus de jure Gentium & naturali apud Judæos lib. 7. cap. 9. & de Synedriis Tom. 1. cap. 6. aliique.

7. Vide Num. 15. v. 35.

8. Hoseæ cap. 11. v. 4.

9. i. e. postea dicitur in eodem textu.

10. Ita ut sensus loci sit juxta Maimonidem; Primo traham & alliciam eos leniter iis benevolentiæ artibus, quibus utuntur homines, postea vero cum præceptis veræ religionis melius imbuti sint, violentius charitate & amore illius.

11. Deutr. 32. v. 15.

12. Exempli gratia, si esset Ægyptius, vel Ismaelita, vel Æthiops, vel Colchus, quibus ex more gentis erat omnes mares circumcidere. Vide Josephum Antiq. Jud. lib 8. c. 4. Herod. lib. 2. Origen. contra Celsum lib. 5.

13. De prima vice lege supra sect. 2.

14. De iis vide infra ubi de Proselytis domicilii agitur.

15. Scilicet cap. 10. sect. 7. ubi sic Maimonides בזמן שיר ישראל תקיפה

תקיפה על אומות העולם אסור לנו להניח גוי עובד כוכבים ומזלות בינינו אפילו יושב ישיבת עראי או עובר ממקום למקום בסחורה לא יעבור בארצנו עד שיקבל עליו שבע מצות שנצטוו בני נח שנאמר לא ישבו בארצך אפילו לפי שעה ואם קבל עליו שבע מצות הרי זה גר תושב ואין מקבלין גר תושב אלא בזמן שהיובל נוהג אבל שלא בזמן היובל אין מקבלין אלא גר צדק בלבד

i.e. Cum Iſraelitæ viribus prævaleant, nefas eſt ullum inter nos relinquere Idololatram, etſi tantummodo forte fortuna inter nos commoretur, aut uno ex loco in alterum commeat mercaturæ gratia; immo nec pertranſire terras ſinemus, niſi ante receperit ſeptem præcepta Noachidis data; quia dicitur (Exod. 23. v. 33.) *Ne commorentur in terra tua,* ne horæ quidem ſpatio. Si ſeptem illa præcepta receperint pro peregrinis ejuſmodi habentur, quibus habitare in terra Iſraelitarum liceat; Nec habitare permittitur ejuſmodi peregrino niſi tempore, quo obſervantur Jubilæi; extra id tempus nullus recipitur, niſi Proſelytus juſtitiæ.

16. i.e. nonniſi iis temporibus, quibus Iſraelitæ terram ſuam poſſidebant, tunc enim ad obſervandos Jubilæos (uti præceptum eſt Levit. cap. 25. v. 9, 10. &c.) obligati fuerant, poſtquam vero inde expulſi eſſent, non item: iis ſolis temporibus Proſelytos domicilii admittebant, illi enim non alii erant, quam Gentiles, quos, poſtquam Præcepta Noachidarum in ſe ſuſceperant obſervanda, Iſraelitæ in urbes ſuas admittebant, intraque fines terræ Iſraeliticæ domicilia habere permittebant; poſtquam ideo illi terrâ ſuâ expulſi nullas amplius urbes habuere, periit omnino inter eos hæc Proſelytiſmi ſpecies.

17. Sicut dicunt Proſelyto, uti ſupra explicatur in hoc capite ſect. 1.

18. Ad verba, *revolvent ſuper eum totos duodecim menſes,* i.e. exſpectabunt revolutionem duodecim menſium.

19. Vide infra.

20. Qui ſcilicet ex Lege Judaica prohibiti ſunt, de quibus vide Levit. c. 18.

21. i.e. à Religione Sanctiori ad religionem minus Sanctam.

22. i.e. non aliud admittit peccatum, quam is, qui Legem de prohibito congreſſu cum extraneis violat, quod multo minoris eſt reatus.

23. Supra in Iſſure Biah.

24. Quænam illæ ſunt, indicatur in Levit. cap. 18.

25. Maſculus ſcilicet & fœmina.

26. Sed tantum nomine ſanguinis materni.

27. Quia poſt Proſelytiſmum diſſolvitur omnis conſanguinitatis nexus, ita ut deinceps ex doctrina Judæorum nec pater pro patre, nec frater pro fratre amplius eſt habendus; atque ideo patris ſeu fratris uxor ſive ante Proſelytiſmum ſive poſt Proſelytiſmum nupta ſub nomine uxoris patris ſeu fratris filio ſeu fratri Proſelyto neutiquam prohibetur.

28. Juxta generalem regulam ſupra poſitam, quod Proſelytus cognatas è ſanguine materno non ducet.

29. i.e.

29. i. e. extra Ecclesiam, priusquam scilicet parentes Proselytismo initiati erant.

30. i. e. intra Ecclesiam, postquam scilicet parentes Proselyti facti sint.

31. nempe Proselytas.

32. i. e. quod decreverunt scribæ de matre & filia, quæ Proselytæ sunt, non ducendis, tantum intelligendum est, quod non ducendæ sint simul, ita ut utræque eodem simul tempore uxores sint ejusdem Viri.

33. i. e. vel successive, vel simul, cum utræque in vivis sint, quoniam non omnino decreverunt sapientes, duas cognatas è Proselytis eodem viro interdictas esse, quæ ex paterno tantum sanguine cognatæ sunt.

34. i. e. quæ non expressis verbis in Lege interdictæ sunt, sed tantum per consequentiam juxta interpretationem sapientum.

35. Quoniam ex parte tantum Proselytus est, atque ideo alio eget Baptismo quo in numerum Israelitarum admittatur, uti supra explicatur cap. 1. sect. 12.

36. i. e. non reputanda est pro nupta, quoniam contubernium illud cum servo pendet prorsus ab arbitrio domini.

Hactenus de Proselyto Justitiæ; Tria quæ sequuntur capita de Proselyto domicilii præcipue agunt; ea sunt apud Maimonidem Cap. VIII. Cap. IX. & Cap. X. Tractatus, qui inscribitur *de Regibus & rebus eorum bellicis.*

CAP. III.

פרק שלשי

א. ב. חלוץ צבא בועל אשה בכותיותה אם תקפו יצרו אבל לא יבעלנה וילך לו אלא מכניסה לתוך ביתו שנאמר וראית בשביה אשת יפת תואר ואסור לבעול אותה ביאה שנייה עד שישאנה:

ג אין אשת יפת תואר מותרת אלא בשעת השביה שנאמר וראית בשביה בין בתולה בין בעולה בין אשת איש שאין אישות לכותים · וחשקת אף על פי שאינה יפה · בה ולא בחברתה שלא יבעול שתים · ולקחת לך לאשה שלא יקח שתים ויבעול אחת ויניח אחת לאביו או לאחיו · ומניין שלא ילחצנה במלחמה שנאמר והבאתה אל תוך ביתך יכניסה למקום ואחר כך יבעול:

ד הכהן מותר ביפת תואר בביאה ראשונה שלא דברה

CAP. III.

I. & II. Miles concumbat cum fœmina Gentili, si impellat eum libido illius; sed non concumbet cum ea, & *deinde* (1) decedet, quin deducet eam in domum suam, uti dictum est, (2) *si videas inter captivos fœminam pulchram &c*; sed prohibitum est concumbere cum ea secunda vice, donec eam duxerit in uxorem.

III. Nec *Militi* permissa est *hæc* fœmina pulchra, nisi *eo* tempore, quo captivi *in bello* capiuntur; nam dictum est, (3) *cum videas inter captivos* &c; *quod intelligendum est*, sive ea sit virgo, sive mulier, sive uxor viri; apud Gentiles enim non est (4) *legitimum* matrimonium; (5) *Et amore illius captus fueris*, i. e. licet non sit pulchra; (5) *Illius*, i. e. & non alterius, quippe nemo concumbet cum duabus; (5) *Et suscipias tibi in uxorem*, non enim sibi accipiet duas, & concumbet cum una earum, & derelinquet alteram patri suo vel fratri suo. Unde colligitur, quod non concumbet cum ea in *ipso* belli tempore? *Resp. Ex eo* quod dictum est, (6) *& deduces eam in domum tuam*, deportabit ideo eam in locum *suum*, & *deinde* concumbet *cum ea*.

IV. Sacerdoti etiam fas est concumbere cum fœmina pulchra *in*

bello capta prima vice; quia Lex non permittit (7) *hoc* nisi libidinis gratia; sed ille non potest eā postea in uxorem ducere, quia (8) peregrina est.

V. Quodnam est jus, *secundum quod agit* Israelita cum fœmina pulchra *in bello capta*? *Resp.* Postquam concubuerit cum ea primo coitu, dum adhuc esset in Ethnicismo suo; si ea suscipiat in se (9) intrare sub alis Divinæ Majestatis, è vestigio baptizabit eam in nomine Proselytismi; si vero hoc in se non suscipiet, manebit in domo ejus triginta dies, sicut dictum est, (10) *& deflebit patrem suum, & matrem suam mense pleno*; & sic etiam deflebit religionem suam, & nemo inhibebit eam; & (11) crescere permittet ungues suos, & radet caput suum, ut sic deformis fiat in oculis illius, atque ideo manebit cum eo in domo ejus, ut ipse & cum ingrediatur, & cum egrediatur, videat eam, subeatque ei tædium illius. Persuadebit etiam ei, ut *religionem Judaicam in se* suscipiat, & si velit suscipere, & delectetur eā, ecce fiat Proselyta & baptizetur, sicut *cæteri* omnes Proselyti.

VI. *Priusquam vero ducat eam*, necesse ut ea commoretur *in domo illius* tres menses, unum *scilicet*, quo defleat *patrem & matrem*, (12) & duos postea, & *deinde* eam in uxorem accipiet (13) pactis dotalibus & sponsaliorum solennibus. Sed si non delectetur eā, (14) solutā dimittet arbitrio illius; si enim vendat

eam

תורה אלא כנגד היצר אבל אינו יכול לישאנה אחר כך מפני שהיא גיורת:

ה וכיצד דין ישראל ביפת תואר אחרי שיבעלנה ביאה ראשונה והיא בגויותה אם קבל עליה להכנס תחת כנפי השכינה מטבילה לשם גרות מיד ואם לא קבלה תשב בביתו שלשים יום שנאמר ובכתה את אביה ואת אמה ירח ימים וכן בוכה על דתה ואינו מונעה ומגדלת את צפרניה ומגלחת את ראשה כדי שתתגנה בעיניו ותהיה עמו בבית נכנס ורואה אותה יוצא ורואה אותה כדי שיקוץ בה ומגלגל עמה כדי שתקבל אם קבלה ורצה בה הרי זו מתגיירת וטובלת ככל הגרים:

ו צריכה להמתין שלשה חדשים חדש של בכייה ושני חדשים אחריו ונושאה בכתובה וקידושין ואם לא חפץ בה משלחה לנפשה ואם מכרה עובר בלא

תעשה שנאמר ומכר לא תמכרנה בכסף ואינה מכורה ומחזיר הדמים · וכן אם כבשה אחר שנבעלה לשם שפחה משישתמש בה עובר בלא תעשה שנאמר לא תתעמר בה שלא ישתמש בה:

ז לא רצת להתגייר מגלגלין עמה שנים עשר חדש · לא רצת מקבלת שבע מצות שנצטוו בני נח ומשלחה לנפשה והרי היא ככל הגרים התושבים · ואינו נושאה שאסור לישא אשה שלא נתגיירה:

ח נתעברה מביאה ראשונה הרי הולד גר ואינו בנו לדבר מן הדברים מפני שהוא מן הכותית אלא בית דין מטבילין אותו על דעתם · ותמר מביאה ראשונה של יפת תואר היתה אבל אבשלום נולד מאחר הנישואין · נמצאת תמר אחות אבשלום מאמו ומותרת להנשא לאמנון · וכן

eam, transgreditur præceptum negativum, nam dictum est, (15) *Non vendes eam argento*; nec ea *habebitur* pro vendita, quin *qui vendidit*, tenetur iterum pretium restituere; Et sic si eam, postquam compressa sit, subjugaverit sibi sub nomine ancillæ, ex quo utitur ministerio illius transgreditur præceptum negativum, nam dictum est, (16) *Non quæstum facies ex ea*, i. e. non uteris ministerio illius *in quæstum tuum.*

VII. Si non velit Proselyta *justitiæ* fieri, expectabunt duodecim menses, & si neque tum voluerit, quin accipiat septem præcepta Noachidis data, dimittet eam arbitrio illius, & ecce ea fit sicut reliqui Proselyti domicilii; ipse vero non omnino eam in uxorem ducet, quoniam prohibitum est ducere *fœminam*, quæ nondum facta est Proselyta *justitiæ*.

VIII. Si ex primo concubitu gravida fiat, proles inde nata habetur pro Proselyto, & non pro filio illius, *qui cum ea concubuerat*, in ullo casu omnino; quippe nascitur à (17) matre Gentili, sed consessus Triumviralis baptizabit eum (18) ex sententia sua. Tamar *filia Davidis nata* fuit ex primo concubitu (19) cum *fœmina* pulchra *in bello capta*; Absolom vero natus erat *ex eadem matre* post nuptias *illius*; hinc tibi constat, quod ea Absolomi soror uterina esset, & quam Amnoni (20) fas erat in uxorem

accipere, atque ideo dicit ea, (21) *Alloquere quaso regem, & non denegabit me tibi.*

IX. Si *vero fœmina* pulchra *in bello capta* post *elapsos*(22 duodecim menses noluerit Idololatriam relinquere, interficient eam; & sic si civitas *aliqua* pacem faciat *cum Israelitis*, non percutient fœdus cum ea, donec Idololatriam abdicaverint,& omnia loca Idololatrica *prorsus* destruxerint, & receperint etiam(23)cætera præcepta Noachidis data; nam tenemur interficere omnes Gentiles, qui nolunt recipere Præcepta Noachidis data, si sint sub potestate nostra.

X. Moses Magister noster Legem, & præcepta nullis tradidit, nisi Israelitis, (sicut dictum est,(24)[*Legem pracepit nobis Moses,*] *hæreditatem congregationi Iacobi,*) iisque omnibus, qui vellent Proselyti fieri è cæteris Gentibus *terra*, nam dictum est,(25)*Sicut vos,sic erit Proselytus.* Si quis vero noluerit Legem & præcepta in se suscipere, non cogent eum; at vero jussit Moses (26) à Deo ipso edoctus, ut cogeremus unumquemque, qui in mundum venerit, suscipere in se præcepta Noachidis data; & quicunq; ea in se non suscipiet, interficietur; qui vero ea in se suscepit, vocatur Proselytus domicilii in quocunq; loco: Obligatur autem ea in se suscipere coram tribus (27) viris

הוא אומר רבר נא אל המלך כי לא ימנעני ממך:

ט יפת תואר שלא רצת להניח עבודת כוכבים ומזלות אחר השנים עשר חדש הורגין אותה: וכן עיר שהשלימה אין כורתין להן ברית עד שיכפרו בעבודת כוכבים ומזלות ויאבדו את כל מקומותיה ויקבלו שאר המצוות שנצטוו בני נח שכל כותי שלא קבל מצות שנצטוו בני נח הורגין אותו אם ישנו תחת ידינו:

י משה רבינו לא הנחיל התורה והמצות אלא לישראל שנאמר מורשה קהלת יעקב ולכל הרוצה להתגייר משאר האומות שנאמר ככם כגר אבל מי שלא רצה אין כופין אותו לקבל תורה ומצות׳ וכן צוה משה רבינו מפי הגבורה לכוף את כל באי העולם לקבל מצוות שנצטוו בני נח וכל מי שלא קבל יהרג והמקבל אותם הוא הנקרא גר תושב בכל מקום׳ וצריך לקבל עליו בפני שלשה

doctis:

חברים וכל המקבל עליו למול ועברו עליו שנים עשר חדש ולא מל הרי זה כמן האומות:

יא כל המקבל שבע מצוות ונזהר לעשותן הרי זה מחסידי אומות העולם ויש לו חלק לעולם הבא והוא שיקבל אותן ויעשה אותן מפני שצוה בהן הקדוש ברוך הוא בתורה והודיענו על ידי משה רבנו שבני נח מקודם נצטוו בהן · אבל אם עשאן מפני הכרע הדעת אין זה גר תושב ואינו מחסידי אומות העולם ולא מחכמיהם:

doctis: Quicunque vero in se suscipit circumcidi, & post *elapsos* duodecim menses non circumciditur, ecce is est sicut unus è Gentibus *terræ*.

XI. Quicunque in se suscepit septem præcepta *Noachidarum*, & in iis observandis cautus est, ecce ille est ex piis è Gentibus mundi, & portionem habet in seculo futuro; si modo ille suscipiat ea & observet, quia præceperat Sanctus Benedictus ille lege lata; nobis enim notum fecit per manum Mosis magistri nostri, quod filii Noæ ab antiquo ea observare mandati fuissent; sed si observet ea *tantum* ex arbitrio animi sui, non est Proselytus domicilii, nec ex piis è Gentibus terræ, nec de numero sapientum earum.

Notæ ad Cap. III.

1. i.e. Non eam deinde relinquet nulla amplius habita cura illius.
2. Deutr. 21. v. 11.
3. Deutr. 21. v. 11.
4. Dicunt enim Talmudici בני נח אין להן קידושין אין להן גירושין שניהן מגרשין זה את זה i.e. *Noachidis nec sunt nuptiæ, nec divortia; quin alteruter conjugum pro libitu connubium solvit*; vide Talm. Hierosol. in Kidushim cap. 1. fol. 58. col. 3. & Talm. Bab. in Sanhedrin fol. 58. col 2; & infra c. 4. sect. 8. Ex eorum ideo doctrina ex solæ sunt nuptiæ legitimæ, quæ ita contractæ & confirmatæ sunt, ut usque ad vitæ terminum dissolvi nequeant, nisi ex justa causa per maritum solum, quas volunt apud solos Judæos inveniri, apud Gentiles vero non item; ad eorum enim connubia, dicunt illi, requiritur tantum consensus utriusque personæ, atque ideo ea ex dissensu alterutrius eorum pro libitu illius, vel ex arbitrio Domini, si in servitutem inciderint, iterum dissolvi possunt; uti apud Græcos & Romanos factum legimus, quibus in more erat ut vel maritus uxorem demit-

demitteret, vel uxor à marito discederet pro libitu, atque ideo miles Hebræus, si fœminam Gentilem in bello capiat, quæ sit uxor viri, cum ea sine adulterii reatu potest concumbere, quoniam connubium, quo marito Gentili conjuncta fuit, non erat legitimum connubium, quin quod miles ex dominio, quod in eam acquisivit, dissolvere potest; cum ideo eam sibi assumat, eo ipso facto dissolvit connubium illius cum priori marito, ita ut desinat esse uxor alterius viri, priusquam ille rem habeat cum ea.

5. Sunt verba Textus, qui totus sic legitur וראית בשביה אשת יפת תאר וחשקת בה ולקחת לך לאשה i. e. *si videas inter captivos fœminam pulchram, & amore illius captus sis, & accipias eam tibi in uxorem.* Quæ post verba textus subjunguntur sunt interpretatio illius.

6. Deut. 21. v. 12.

7. i. e. Lex permittit militi cum captiva concumbere tantum gratia libidinis, non vero ut cum uxore; atque ideo licitum est Sacerdoti etiam concumbere cum captiva prima vice, quia ille juxta eorum doctrinam non à coitu cum fœmina extranea, sed tantum à conjugio cum ea prohibetur; atque ideo post primam vicem non potest cum ea iterum concumbere, quia concubitus cum captiva non iterandus est sine matrimonio; (8) Sacerdoti autem Peregrinam sibi matrimonio adjungere prohibitum est, Levit, 21 v. 7, & 14.

9. Vide supra not. 5. ad cap. 1. (10) Deutr. 21. v. 13.

11. Vide Deutr. cap. 21. v. 12. ibi enim de hac captiva præcipitur וגלחה את ראשה ועשתה את צפרניה i. e. *radet caput suum & alet ungues suos*; nam עשות צפרנים non est *resecare ungues*, ut LXX, aliique interpretes locum vertunt, sed e contra *alere ungues*; seu *permittere ut crescant*; tenetur enim Captiva hæc facere, ut deformis & turpis videatur in oculis illius, in cujus domo est; mulier vero ungues suos resecando non turpior, sed è contra decentior fiet, atque ideo Maimonides recte locum interpretatur ומגדלת את צפרניה *& crescere faciet ungues suos.*

12. Tempus hoc adjectum fuit, ut scilicet dignosceretur ex tempore trimestri, utrum ex concubitu antequam Proselyta fieret, an post forte gravidaretur; inter tempora enim concumbendi cum diversis viris apud Judæos fœminæ semper interponendi erant nonaginta dies, ut sic dignosceretur, si ea gravida fiat, à quo patre genita sit proles illius. De hac re sic Maimonides כל אשה שנתגרשה או שנתאלמנה הרי זו לא תנשא ולא תתארס עד שתמתין תשעים יום חוץ מיום שנתגרשה ושמת בעלה בו וחוץ מיום שנתארסה בו כדי שיודע אם היא מעוברת או אינה מעוברת להבחין בין זרעו של ראשון לזרעו של שני שפחה שנשתחררה וגיורת שנתגיירה ממתינין תשעים יום ואפילו גר ואשתו שנתגיירו מפרישין אותן תשעים יום כדי להבחין

להבחין בין זרע שנזרע בקדושה לזרע שלא נזרע בקדושה וכן יפת תואר אף אל פי שנתנה לה תורה שלושים לתקנת עצמה צריכה להמתין תשעים יום לתקנת הולד והשלשים מכלל התשעים
i.e. quæcunque fœmina repudiata vel viduata sit, ecce ea non iterum nubet, vel desponsabitur, donec morata fuerit per intervallum nonaginta dierum ab eo die, quo repudiata fuit, vel quo maritus ejus mortuus fuit, usque ad eum, quo iterum desponsabitur; ita ut dignoscatur an ipsa gravida sit vel non, & ut exploratum sit, an proles illius genita sit à primo marito vel à secundo. Et sic etiam ancilla, quæ manumittitur, & Gentilis, quæ Proselyta facta est morabuntur nonaginta dies; & licet Gentilis, & uxor illius simul Proselyti facti fuerint, separabunt tamen eos nonaginta dies, ita ut discriminent inter prolem, quæ genita est in Sanctitate, & prolem quæ non genita est in Sanctitate. Et sic fœmina pulchra in bello capta, licet lex ei præscribat moram triginta dierum gratia sui ipsius, obligatur tamen morari nonaginta dies gratia prolis suæ, & isti triginta dies sunt de numero horum nonaginta.

13. Sicut nubit uxor legitima apud Judæos; quæ enim apud eos sine his ducitur, pro concubina forsan, pro uxore vero minime est habenda. Regula enim est apud Judæos נשים בכתובה ובקידושין פלגשים בלא כתובה ובלא קידושין i.e. uxores fiunt cum pactis dotalibus & sponsaliorum solennibus, Concubina vero, neque his neque illis.

14. Scilicet ut libera decedat, quocunque voluerit. vide Deut 21.v.14.

15. Deutr. 21. v. 14. (16) Deut. ib.

17. Apud Judæos enim partus sequitur ventrem, ita ut proles semper ejusdem conditionis sit cum matre à qua nascitur. Regula enim est apud Judæos בן הבא מן העבר או מן הכותי או מן השפחה או מן הכותית הרי הוא כאמו ואין משגיחין על האב i.e. proles sive è servo, sive ex Ethnico, sive ex ancilla, sive ex Ethnica nata, ejusdem est cum matre conditionis, nec patris ratio omnino habetur. Maim. in Issure Biah cap. 15. vide etiam Exodum 21. v. 4. & Ezram 10. v. 3. & 44.

18. Vide supra not. 13. ad Cap. 1.

19. Maaca scilicet filia Tolmæi Regis Geshuris.

20. Quippe ea Proselyta fuit, utpote genita cum mater adhuc Gentilis esset, & Amnoni tantum ex sanguine paterno cognata; compara quæ supra dicuntur cap. 2. sect. 11. & 13. & sect. 8. hujus capitis.

21. Sam. lib. 2. cap. 13. v. 13.

22. Quibus scilicet expectabant conversionem illius.

23. Scilicet sex alia præter illud, quod est de Idololatria, quæ recensentur infra cap. 4.

24. Deutr. 33. v. 4. (25.) Num. 15. v. 15.

26. Ubi habetur in traditionibus Judaicis.

27. de voce חבר vide supra not. 22. ad c. 7. Tractatus de Donis Pauperum.

CAP. IV.

I. DE sex rebus mandata accepit Adamus primus *homo*, de Idololatria; de *(1)* Blasphemia; de Homicidio; de *(2)* Illegitimo concubitu; de Furto; & de Judiciis *exercendis*: nam licet hæc cuncta apud nos sint recepta à Mose Magistro nostro, & ratio *ipsa* ad ea *observanda* inclinet, ex summa tamen verborum Legis apparet, quod de his ei præceptum fuit. *Præter hæc* Noacho traditum fuit *aliud* præceptum de membro animalis viventis *non comedendo*, sicut dictum est, *(3) Veruntamen carnem cum anima ipsius*, i.e. *sanguine ipsius non comedetis*; atque ita præcepta esse septem inveniuntur; & (4) sic se res habuit per totum terrarum orbem donec Abrahamus insuper ad hæc accepit præceptum de (5) Circumcisione; ille etiam instituit (6) preces matutinas; Isaacus deinde separavit (7) decimas, & alias etiam instituit preces tempore pomeridiano *celebrandas*; Jacobus superaddidit præceptum (8) de *non comedendo* nervo, qui emarcuit, & instituit preces nocturnas, & deinde (9) Amram in Ægypto plura alia accepit præcepta, donec tandem venisset Moses Magister noster, & per eum perficiebatur tota Lex.

II. Noachida, qui colit idola, reus est *mortis*; modò is colat *ea* juxta

פרק רביעי

א על ששה דברים נצטווה אדם ראשון על עבודת כוכבים ומזלות ועל ברכת השם ועל שפיכות דמים ועל גילוי עריות ועל הגזל ועל הדינים · אף על פי שכולן הן קבלה בידינו ממשה רבינו והדעת נוטה להן מכלל דברי תורה יראה שעל אלו נצטווה · הוסיף לנח אבר מן החי שנאמר אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו נמצאו שבעה מצוות · וכן היה הדבר בכל העולם עד אברהם נצטווה יתר על אלו במילה · והוא התפלל שחרית ויצחק הפריש מעשר והוסיף תפילה אחרת לפנות היום · ויעקב הוסיף גיד הנשה והתפלל ערבית · ובמצרים נצטווה עמרם במצוות יתירות עד שבא משה רבינו ונשלמה תורה על ידו :

ב בן נח שעבד עבודת כוכבים ומזלות חייב והוא

שיעבור כדרכה ועל עבודת כוכבים ומזלות שבית דין של ישראל ממיתין עליה בן נח נהרג עליה וכל שאין בית דין של ישראל ממיתין עליה אין בן נח נהרג עליה ואף על פי שאינו נהרג אסור בכל׃ ואין מניחין אותו להקים מצבה ולא ליטע אשרה ולא לעשות צורות וכיוצא בהן לנוי׃

ג בן נח שבירך את השם בין שבירך בשם המיוחד בין שבירך בכינוי בכל לשון חייב מה שאין כן בישראל׃

ד בן נח שהרג נפש אפילו עובר במעי אמו נהרג עליו׃ וכן אם הרג טריפה או שכפתו ונתנו לפני ארי או שהניחו ברעב עד שמת הואיל והמית מכל מקום נהרג וכן אם הרג רודף שיכול להצילו באחד מאבריו נהרג עליו מה שאין כן בישראל׃

ה שש עריות אסורות על בני נח האם ואשת האב׃

juxta (10) ritum *assuetum*; ob quamcunque enim Idololatriam Synedrium Israeliticum *aliquem Israelitam* (11) capite plectit, capite plectendus est etiam Noachida; ob quamcunq; vero Synedrium Israeliticum non capite plectit *Israelitam*, nec Noachida capite plectendus est: sed licet *ob eam* capite non plectatur, ab omni *tamen* prohibetur, atque ideo non permittunt eum (12) vel statuam erigere, vel plantare lucum, vel facere imaginem, aut aliquod aliud huic simile, *ne quidem* ornatus gratia.

III. Noachida, qui blasphemat (13) nomen *Dei*, sive id faciat per (14) nomen *illius* proprium, sive (15) per cognomen *aliquod* in quacunque lingua, reus est *mortis*, (16) quod non ita obtinet in Israelita.

IV. Noachida, qui occidit *quempiam*, etiamsi fœtum in utero matris, morte mulctandus est, eodemque pariter modo si occidat (17) ægrum, vel vinciat *aliquem*, exponatque coram Leone, vel derelinquat eum, donec fame moriatur; quandoquidem *enim* occiderit eum, quocumq; modo *id fecerat*, morte mulctandus est; & sic etiam si occidat *aliquem* et vim inferentem, à quo poterat mutilato aliquo membro illius semetipsum liberare, ob id factum morte est mulctandus; (18) quod non ita obtinet in Israelita.

V. Sex (19) Concubitus illiciti prohibentur filiis Noachi; *nempe*

T cum

cum matre, cum noverca, cum uxore alterius viri, cum forore uterina, cum masculo, & cum bestia, nam dictum est, (20) *eapropter deseret vir patrem suum*, i.e. uxorem patris sui; (20) *& matrem suam*, scilicet juxta sensum literalē; (20) *& conglutinabitur uxori suæ*, i.e. & non uxori proximi sui, (20) *uxori suæ*, i.e. & non masculo; (20) *& erunt in carnem unam*, ad excludendum scilicet jumenta, feras, & volucres, quia ille non *potest fieri* una caro cum illis, & etiam dictum est, (21) *Illa est soror mea, filia patris mei, sed non filia matris mea, & mihi facta est in uxorem.*

VI. Noachida reus est ob concubitum cum fœmina, quæ *prius* ad coitum pellecta, vel vi compressa fuit à patre illius, ecce enim ea est tanquam mater illius in omni re; est reus etiam ob concubitum cum noverca sua, licet sit post patris obitum; reus etiam est ob concubitum cum Masculo, sive sit puer sive adultus; & etiam ob concubitum cum bestia, sive sit parva, sive magna, ipseque solus est morte mulctandus; non enim occident bestiam, quoniam *Noachidæ* non acceperunt mandatum de occidenda bestia, sed (22) Israelitæ soli.

VII. Noachida non reus est ob concubitum cum uxore proximi sui, nisi concumbat cum ea, postquam (23) coitu conjugata fuisset marito suo; ob concubitum vero cum ea, quæ desponsata est, vel in

ואשת איש · ואחותו מאמו · חכור ובהמה · שנאמר על כן יעזוב איש את אביו זו אשת אביו · ואת אמו כמשמעה · ודבק באשתו ולא באשת חבירו · באשתו ולא בזכור · והיו לבשר אחד להוציא בהמה חיה ועוף שאין הוא והם בשר אחד · ונאמר אחותי בת אבי היא אך לא בת אמי ותהי לי לאשה:

ו בן נח חייב על מפותת אביו ואנוסת אביו הרי היא אמו מכל מקום · וחייב על אשת אביו אפילו לאחר מיתת אביו · וחייב על הזכור בין קטן בין גדול ועל הבהמה בין קטנה בין גדולה והוא נהרג לבדו · ואין הורגין את הבהמה שלא נצטוו בהריגת בהמה אלא ישראל:

ז אין בן נח חייב על אשת חבירו עד שיבא עליה אחר שנבעלה לבעלה אבל מאורסה או שנכנסה לחופה ולא נבעלה אין חייבין עליה

Tha-

שנאמר והיא בעולת בעל׃ במה דברים אמורים בבן נח שבא על בת נח אבל כותי הבא על הישראלית חייב׃ ואם היתה נערה מאורסה נסקל עליה בדיני ישראל׃ בא עליה אחר שנכנסה לחופה ולא נבעלה הרי זה בחנק בדיני ישראל׃ אבל אם בא על אשת ישראל אחר שנבעלה הרי זה כמי שבא על אשת כותי חבירו ויהרג בסייף.

ח בן נח שייחד שפחה לעבדו ובא עליה הרי זה נהרג עליה משום אשת חבירו ואינו חייב עליה עד שיפשוט הדבר ויאמרו לה העם זו דבית עבד פלוני׳ ומאימתי תחזור להיתירה משיפרישנה מעבדו ויפרע ראשה בשוק׳ ומאימתי תהיה אשת חבירו כגרושה שלנו משיוציאנה מביתו וישלחנה לעצמה או משתצא היא מתחת רשותו

Thalamum introducta, sed nondum coitu conjugata, non est reus; nam dictum est, (24) *& ea est coitu conjugata marito.* In quo casu dicta sunt hæc? *Resp.* Cum Noachida concumbat cum Noachitide: Sed Gentilis, qui *sic* concumbit cum Israelitide, reus est; & si ea fuisset virgo (25) desponsata, plectendus est lapidatione in foro Israelitico; si concumbat cum ea, postquam introducta fuisset in Thalamum *mariti sui*, sed nondum *ei* coitu conjugata, ecce ille (26) strangulatione plectendus est in foro Israelitico; si vero concumbat cum fœmina Israelitica, postquam *ea* coitu conjugata fuisset *marito suo*, ecce ille eodem modo *reus est*, ac si concubuisset cum uxore Gentilis proximi sui, & (27) interficietur gladio.

VIII. Noachida, qui conjugaverit ancillam *in contubernium* servo suo, & cum ea *deinde ipse* rem habuerit, ecce est morte mulctandus sub nomine concubitus cum uxore proximi sui; non autem est reus ob concubitum cum ea, donec res evulgata sit, dicatque populus de ea, *ecce* hæc est uxor servi talis. Quando vero ei iterum facta sit copia illius? *Resp.* Si (28) disjungat eam à servo suo, & (29) caput illius iterum aperiatur in publico. Quando uxor aliena *apud Noachidas* fiat sicut repudiata apud nos? *Resp.* Si (30) maritus illius eam ejiciat è domo sua, & *solutam* dimittat ar-

T 2 bitrio

bitrio illius, vel si ipsa exeat è potestate illius, & discedat; apud eos enim divortia non fiunt (31) per libellum, neque res omnino pendet à (32) domo judicii, sed quandocunque sive viro, sive uxori placuerit à se invicem disjungi, disjungantur.

IX. Noachida ob furtum reus est, sive furatus sit à Gentili, sive ab Israelita, sive palam rapuit, sive clam surripuit, vel res, vel personas, aut à mercenario mercedem detinuit, aut quid ejusmodi aliud *fecit*; etiamsi *ille* operarius *sit*, si *tamen* comedat (33) *fructus* alio tempore, quam quo ipse operatur, ob quodcunque *comedit* reus est, & ecce recensendus est in numero furum; (34) quod non ita *obtinet* in Israelita; & sic etiam reus est ob *quamcunque* rem *furto ereptam*, licet minus valeat quam (35) prutam; & si Noachida *tantillum* furatus sit quod minus valet quam prutam, & veniat alius *Noachida*, illudque ab eo item furto eripiat, utrique illi propter hoc sunt morte mulctandi.

X. Et sic etiam *Noachida* reus est ob esum membri animalis viventis, & ob esum carnis animalis viventis, quantulacunque sit, quia non est (36) præscripta quantitas nisi Israelitis solis, sed esus sanguinis ex animali viventi ei licitus est.

XI. *Quod tenet* sive membrum seu caro decerpatur vel à bestia cicure, vel à fera; sed quoad volu-

ותלך לה שאין להם גירושין בכתב׃ ואין הדבר תלוי כנ לבית דין אלא כל זמן שירצה הוא או היא לפרוש זה מזה פורשין׃

ט. בן נח חייב על הגזל בין שגזל כותי בין שגזל ישראל ואחד הגוזל או הגונב ממון או גונב נפש או הכובש שכר שכיר וכיוצא בו אפילו פועל שאכל שלא בשעת מלאכה על הכל הוא חייב והרי הוא בכלל גזלן מה שאין כן בישראל וכן חייב על פחות משוה פרוטה׃ וכן בן נח שגזל פחות משוה פרוטה ובא אחר וגזלה ממנו שניהן נהרגין עליה׃

י וכן חייב על אבר מן החי ועל בשר מן החי בכל שהוא שלא נתנו השיעורין אלא לישראל בלבד׃ ומותר הוא בדם מן החי׃

א׳ אחד האבר או הבשר הפורש מן הבהמה או מן

החיה אבל העוף יראה לי שאין בן נח נהרג על אבר מן החי ממנו׃

יב השוחט את הבהמה אפילו שחט בה שני הסימנין כל זמן שהיא מפרכסת אבר ובשר הפורשין ממנה אסורין לבני נח משום אבר החי׃

יג כל שאסור על ישראל משום אבר מן החי אסור על בני נח ויש שבני נח חייבין עליו ולא ישראל שבני נח אחד בהמה וחיה בין טמאה בין טהורה חייבין עליה משום אבר מן החי ומשום בשר מן החי ואבר ובשר הפורשין מן המפרכסת אף על פי ששחט בה ישראל שני סימנין הרי זה אסור לבני נח משום אבר מן החי׃

יד וכיצד מצווין הן על הדינין חייבין להושיב דיינין ושופטים בכל פלך ופלך לדון בשש מצוות אלו ולהזהיר את העם ובן נח שעבר על אחת משבע מצוות אלו יהרג בסייף

crem,(37) mihi videtur, quod Noachida non sit morte mulctandus ob comestum membrum viventis ab ea decerptum.

XII. Si quis mactet bestiam, licet discindat utrumque (38) ductum gutturalem, quamdiu tamen (39) motitat, membrum vel caro ab ea exsecta prohibetur Noachidis sub nomine membri animalis viventis.

XIII. Quicquid interdicitur Israelitis sub nomine membri animalis viventis, interdicitur etiam Noachidis, *sed non è contra*. *Quadam enim* sunt, ob quorum esum Noachidæ rei fiunt *sub nomine membri animalis viventis*, (40) Israelitæ vero non item. Nam Noachidæ sive bestia sit cicur, sive fera, sive immunda, sive munda, rei fiunt propter eam sub nomine membri animalis viventis; & etiam membrum seu caro, quam abscindunt à *bestia post jugulationem* motitante; licet Israelita discidisset utrumque ductum gutturalem, ecce nihilominus prohibetur Noachidis sub nomine membri animalis viventis.

XIV. Quomodo præceptum est illis de judiciis? *Resp.* Obligantur constituere judices & præfectos in unaquaque regione, qui tum jus dicant juxta hæc sex præcepta *supra memorata*, tum populum *de eorum observatione* commoneant; & quicunque Noachida transgreditur unum aliquod ex his septem præ-

præceptis interficietur gladio; quapropter omnes (41) Sechemitæ rei erant mortis, quippe Sechem rapuit *filiam Iacobi*, iique hoc viderunt, & cognoverunt, & non judicarunt illum. Noachida morte mulctandus eſt ex teſtimonio (42) unius teſtis, & ſententia (43) unius Judicis (44) ſine præmonitione, item (45) ex teſtimonio propinquorum, ſed non ex teſtimonio fœminæ, nec cum fœmina judicabit omnino.

ומפני זה נתחייבו כל בעלי שכם הריגה שהרי שכם גזל והם ראו וידעו ולא דנוהו: ובן נח נהרג בעד אחד ובדיין אחד בלא התראה ועל פי קרובים אבל לא בעדות אשה ולא תדון אשה להם:

Notæ ad Cap. IV.

1. Ad verba, *de maledictione nominis*, i. e. Dei; vox enim שם *Shem* ſignificat nomen, & cum præfixo ה nomen κατ' ἐξοχὴν, nempe nomen illud maximum & glorioſum, quod Dei proprium eſt, Tetragrammatum ſcilicet; & hinc non raro pro ipſo Deo ponitur, apud Rabbinos enim frequenter occurrit ביראת השם i. e. *in timore Dei*, & השם יתברך i. e. *Deus qui ſit benedictus* (quod abbreviate ſæpius ſcribitur "הש״י) aliæque quam plurimæ his ſimiles phraſiologiæ.

2. Ad verba *de retectione pudendorum*, i. e. de omni illicito congreſſu, ſive ſcilicet cum fœmina, ſive cum maſculo, ſive cum beſtia; cum enim Deus in Lege, ubi illicitos prohibet congreſſus, hac utatur phraſiologiâ לא תגלה ערות i. e. *non reteges* ſeu *denudabis pudenda* &c. hinc omnes illiciti congreſſus apud Judæos vocantur גלויי עריות *retectiones pudendorum*, omneſque fœminæ, quarum conſuetudo conſanguinitatis gratia in Lege prohibetur, עריות; ſic enim Maimonides in Tractatu de fœminis cap. 1. ſect. 5. כל שאסר ביאתו בתורה וחייב על ביאתו כרת והם האמורות בפרשת אחרי מות הן הנקראים עריות וכל אחד מהן נקראת ערוה כגון אם ואחות ובת וכיוצא בהן i. e. *Omnis fœmina, cujus congreſſus prohibetur in lege, & cujus cauſa quis reus ſit exciſionis, quæque recenſentur in Paraſha* אחרי מות *illæ vocantur* עריות, *& unaquaque illarum vocatur* ערוה, *uti Mater, Soror, Filia, & ſimiles.* Et non tantum ad fœminas, ſed etiam ad omnia alia, quorum congreſſus hominibus prohibetur, vox extendit, atque ideo infra dicitur ſect. 5. שש עריות אסורות על בני נח i. e. *ſex ſunt quorum congreſſus prohibetur filiis Noæ*, nempe præter matrem, ſororem, & filiam, uxor aliena, maſculus, & beſtia.

3. Gen.

3. Gen. 9. v. 4.

4. i. e. hoc solo jure obligabatur universus terrarum orbis.

5. Gen. 17. v. 10.

6. Preces quotidianæ apud Judæos triplicis generis fuerunt, matutinæ scilicet, pomeridianæ, & nocturnæ. vide Psalm. 55. v. 17. & Dan. 6. v. 10. Preces matutinæ celebrandæ erant tempore sacrificii jugis matutini inter horas scilicet diei primam & quartam, i.e. sex am & decimam matutinam diei nostri, & has ab Abrahamo institutas dicunt. Preces pomeridianæ celebrandæ erant tempore Minchæ, seu sacrificii jugis vespertini (de quo vide supra not. 13. ad cap. 2. Tract. de donis pauperum) peragendæ enim erant לפנות היום, i. e. *cum sol inciperet à puncto meridionali declinare*; eas ab Isaaco institutas volunt, quia nempe dicitur Gen. 24. v. 63. ויצא יצחק לשוח בשדה לפנות ערב i. e. *& egressus est Isaacus ad meditandum*, vel, sicut plurimi vertunt, *ad precandum in agro, appetente vespera*; vox enim שיח tam precari, quam meditari significat. Precibus nocturnis celebrandis assignatum erat totum tempus nocturnum, ab initio scilicet noctis usque ad auroram diei insequentis; ita ut si quis precaretur aliquo tempore inter horas primam & quartam matutinas, præceptum de precibus matutinis rite observabat; si precaretur tempore Minchæ, præstabat præceptum de precibus pomeridianis: quacunque vero noctis hora rite agebantur preces nocturnæ; de his precibus, aliisque, quæ præter eas diebus solennioribus peragi solebant, sic Maimonides in Tractatu de precibus cap. 1. sect. 5,6,7,8,9. תקנו שיהא מנין התפלות כמנין הקרבנות שתים תפלות בכל יום כנגד שני תמידין וכל יום שיש קרבן מוסף תקנו בו תפלה שלשית כנגד קרבן מוסף ותפלה שהיא כנגד תמיד של בקר היא הנקראת תפלת השחר ותפלה שכנגד תמיד של בין הערבים היא הנקראת תפלה מנחה ותפלה שכנגד המוספין היא הנקראת תפלת המוספין· וכן התקינו שיהא אדם מתפלל תפלה אחת בלילה שהרי איברי תמיד של בין הערבים מתאכלין והולכין כל הלילה שנאמר היא העולה וכולי בענין שנאמר ערב ובקר וצהרים אשיחה ואהמה וישמע קולי ואין תפלת ערבית חובה כתפלת שחרית ומנחה ואף על פי כך נהגו כל ישראל בכל מקומות מושבותיהם להתפלל ערבית וקבלוה עליהם כתפלה חובה· וכן תקנו תפלה אחר תפלת המנחה סמוך לשקיעת החמה ביום התענית בלבד כדי להוסיף תחנה ובקשה מפני התענית וזו היא התפלה הנקראת תפלת נעילה כלומר ננעלו שערי שמים בעד השמש ונסתרה לפי שאין מתפללין אותה:

אותה אלא סמוך לשקיעת החמה · נמצאו התפלות בכל יום שלש ערבית ושחרית ומנחה ובשבתות ובמועדים ובראשי חדשים ארבעה שלש של כל יום ותפלת המוספין וביום הכפורים חמשה ארבעה אלו ותפלת נעילה תפלות אלו אין פוחתין מהן אבל מוסיפין עליהם אם רצה אדם להתפלל כל היום כולו הרשות בידו · i. e. Decreverunt, ut tot eſſent tempora precandi, quot erant tempora ſacrificia offerendi, duo ſcilicet quotidie, quæ reſponderent duobus temporibus ſacrificia jugia offerendi. Et quocunque die erant ſacrificia addititia, decreverunt, ut etiam in eo eſſent preces tertiæ, quæ ſacrificiis addititiis reſponderent. Preces, quæ reſpondebant ſacrificio jugi matutino, vocabantur preces matutinæ; quæ reſpondebant ſacrificio jugi veſpertino, vocabantur preces pomeridianæ; & quæ reſpondebant ſacrificiis additiis, vocabantur preces additiæ: item decreverunt, ut unuſquiſque perageret unam precationem nocte, (quoniam membra ſacrificii jugis veſpertini continuo abſumebantur per totam noctem, ſicut dictum eſt. [Levit. 6. v. 9.] *Holocauſtum illud vocatur propter aduſtionem, quæ fit in altari tota nocte uſque ad auroram*) juxta quod dicitur [Pſalm. 55. v. 17.] *veſpere, & mane, atque meridie precabor, & perſtrepam, donec audiverit vocem meam.* Ad preces nocturnas non eſt obligatio, uti eſt ad preces matutinas & pomeridianas, veruntamen omnes Iſraelitæ aſſueti ſunt, in quocunque loco habitant, celebrare preces nocturnas, eaſque in ſe ſuſceperunt eodem modo quo preces ad quas obligantur. Decreverunt etiam ut aliæ eſſent preces poſt preces pomeridianas circa tempus occaſus ſolis die jejunii ſolomodo celebrandæ, ut adderent ſcilicet preces & ſupplicationes gratia jejunii, & hæ vocantur preces obſerationis, quaſi diceretur, jam obſerantur portæ cœli poſt ſolem occidentem, & ſol abſconditus eſt à nobis, propterea quod non celebrant eas niſi circa tempus, quo ſol occidit. Inveniuntur ideo preces quotidianæ eſſe trium generum, nempe nocturnæ, matutinæ, & pomeridianæ: Sabbathis autem, & Diebus Feſtis, & Noviluniis eſſe quatuor, tres nempe quotidianæ, & preces additiæ; & die expiationis quinque, quatuor ſcilicet prædictæ, & preces obſerationis. Pauciores quam hæ preces nunquam erant peragendæ; ſed unuſquiſque iis poterat addere, ita ut ſi quis vellet orare per totum diem, in plena illius poteſtate erat hoc agere. Hactenus Maim. de variis precum generibus; de temporibus quibus peragendæ erant ſic idem Scriptor in eodem tractatu cap. 3. ſect. 1, 2, 3, 4, 5, 6. תפלת השחר מצותה שיתחיל להתפלל עם הנץ החמה וזמנה עד סוף שעה רביעית שהיא שלישית היום ואם עבר או טעה והתפלל אחר ארבע עד חצות היום יצא ידי חובת תפלה אבל לא יצא ידי חובת תפלה בזמנה שכשם שתפלה מצוה מן התורה כך מצוה מדבריהם להתפלל אותה בזמנה כמו שתקנו לנו חכמים ונביאים

כבר

כבר אמרנו שתפלת המנחה כנגר תמיר של בין הערבים תקנו זמנה ולפי שהיה התמיד קרב בכל יום בתשע שעות ומחצה תקנו זמנה מתשע שעות ומחצה והיא הנקראת מנהה קטנה ולפי שבערב הפסח שחל להיות בערב שבת היו שוחטין את התמיד בשש שעות ומחצה אמרו שהמתפלל מאחר שש שעות ומחצה יצא ומשהגיע זמן זה הגיע זמן חיובה וזו היא הנקראת מנחה גרולה׳ נהגו אנשים הרבה להתפלל גרולה וקטנה והאחת רשות והורו מקצת הגאונים שאין ראוי להתפלל רשות אלא הגדולה וכן הרין נותן מפני שהיא כנגר הכר שאינו תריר בכל יום ואם התפלל הגרולה חובה לא יתפלל קטנה אלא רשות הא למררת שזמן מנחה גרולה משש שעות ומחצה עד תשע שעות ומחצה חזמן מנחה קטנה מתשע שעות ומחצה עד שישאר מן היום שעה ורביע ויש לו להתפלל אותה עד שתשקע החמה׃ תפלת המוספין זמנה אחר תפלת השחר עד שבע שעות ביום והמתפלל אותה אחר שבע שעות אף על פי שפשע יצא ירי חובתו מפני שזמנה כל היום׃ תפלת הערב אף על פי שאינה חובה המתפלל אותה זמנה מתחילת הלילה עד שיעלה עמוד השחר ותפלת נעילה זמנה כרי שישלים אותה סמוך לשקיעת החמה המתפלל תפלה קודם זמנה לא יצא ירי חובתו וחוזר ומתפלל אותה בזמנה

i. e. De precibus matutinis præceptum eſt, ut tempus iis peragendis inciperet ab ortu Solis & continuatum eſſet uſque ad finem horæ quartæ, quod eſt tertia pars diei; & ſi quis tranſgreſſus ſit, erretque, & preces celebret poſt quartam horam uſque ad meridiem, ſatisfacit quidem obligationi precandi, ſed non ſatisfacit obligationi precandi in ſtatuto tempore; nam ſicut precari eſt præceptum ex Lege, ſic etiam præceptum eſt ex dictis Rabbinorum preces peragere in ſtatuto tempore, uti illud præſcripſerunt Sapientes & Prophetæ. Jam diximus, quod precibus pomeridianis præſcripſerunt tempus, quod reſponderet tempori offerendi ſacrificium juge veſpertinum; quoniam ideo ſacrificium juge veſpertinum quotidie oblatum eſſet hora nona & dimidia, decreverunt quod tempus precationis pomeridianæ etiam inciperet ab hora nona & dimidia, & hæc vocatur precatio pomeridiana parva; & quoniam in veſpera Paſchatis, quæ incidiſſet in veſperam Sabbathi, ſolebant mactare Sacrificium juge veſpertinum hora ſexta & dimidia, (*vide ſupra not. 13. ad cap. 2. de Donis pauperum*) dicunt, qui orat poſt horam ſextam & dimidiam ſatisfacit obligationi, & cum accedit tempus hoc, accedit tempus obligans ad preces, & hæc vocatur precatio pomeridiana magna. Solent quamplurimi celebrare precationem pomeridianam magnam

gnam, ſimul etiam & precationem pomeridianam parvam, ſed una earum arbitraria eſt. Docent autem nonnulli è Doctoribus ſublimibus, quod ex iis non debeat pro arbitrio celebrari niſi precatio magna, & ſic ratio dictitat, quoniam ea precatio reſpondet ſacrificio, quod non continuo offertur unoquoque die; & ſiquis celebraverit precationem magnam ex obligatione, non celebrabit precationem parvam niſi ex arbitrio. Ecce ideo diſcas, quod tempus precationis pomeridianæ magnæ ſit ab hora ſexta & dimidia uſque ad horam nonam & dimidiam, & tempus precationis pomeridianæ parvæ ab hora nona & dimidia uſque dum relicta ſit diei tantum una hora & quarta pars horæ, ſed licitum eſt eam celebrare uſque ad occaſum ſolis. Tempus celebrandi preces addititias eſt poſt peractas preces matutinas uſque ad horam diei ſeptimam, at qui celebrat eas poſt horam ſeptimam, licet minus recte agat, ſatisfacit tamen obligationi, quoniam tempus iis peragendis licitum continuatur per totum diem. Licet ad preces nocturnas nulla ſit obligatio, celebrant tamen eas, tempuſque iis celebrandis eſt ab initio noctis uſque dum aſcendat columna auroræ. De tempore precum obſerationis ſtatutum eſt, ut abſolverentur circa tempus occaſus Solis. Qui celebrat preces ante tempus ſtatutum, non ſatisfacit obligationi, ſed tenetur in tempore ſtatuto eas iterum celebrare.

7. Obvia hic oritur objectio, quod Abrahamus dicatur ante natum Iſaacum decimas ſolviſſe Melchiſedeco Gen. 14, v. 20, quomodo igitur in hoc loco dicit Maimonides, quod Iſaacus primo eas ſeparaſſet. R. Abraham Ben Diur authorem noſtrum in hac re erraſſe arguit, atque ideo ſic corrigendum monet והוא התפלל שחרית והפריש מעשר i.e. *ille etiam* nempe Abrahamus *inſtituit preces matutinas, & decimas ſeparavit.* Sed author Ceſeph Mishneh rem aliter ſolvit; dicit enim ille, quod Abrahamus dediſſet decimas tantum ex ſpoliis in bello captis; Iſaacus vero primus eſſet, qui decimas ſeparaverat è facultatibus ſuis, eæque ſolæ decimæ ſunt, quas Lex præcipit ſeparandas.

8. Gen. 32. v. 32.

9. Pater Moſis, quem virum ſanctum & pium fuiſſe tradunt Rabbini, multaque præcepta à Deo accepiſſe.

10. i e. juxta eum ritum, quo coli ſolent; ſi enim quis idolum colat cultu alieno, quo ſcilicet non ſolet coli, juxta doctrinam Judæorum non eſt reus Idololatriæ, de qua re ſic Maimonides in Tractatu de Idololatria cap. 3. ſect. 2. & ſect. 7. עבודות הרבה קבעו עובדי כוכבים ומזלות לכל צלם וצלם ולכל צורה וצורה ועבודת זה אינה כעבודת זה כגון פעור שעבודתו שפער אדם עצמו לו ומרקולים שעבודתו שיזרק לו אבנים ויסקל מלפניו אבנים והרבה עבודות כגון אלו תקנו לשאר צלמים לפיכך הפוער עצמו למרקולים וזורק אבן לפעור פטור עד שיעבוד אותו דרך עבודתו שנאמר איכה יעבדו הגוים האלה את אלהיהם ואעשה כן גם אני ומפני זה הענין צריכין

צריכין בית רין לירע ררכי העבודות שאין סוקלין עובר כוכבים ומזלות ער שירעו שזו היא עבורתו · העובר כוכבים ומזלות כררכה ואפילו עשה דרך בזיון חייב כיצר הפוער עצמו לפעור ברי לבזותו וזרק אבן למרקולים כרי לבזותו הואיל ועבורתו בכך חייב i.e. *(interprete Vossio)* Complures colendi modos Idololatriæ præfiniverunt unicuique imagini, ac simulacro; neque hujus cultus illius cultui similis est: uti Peor, quem colebant detegendo semet coram eo; & Mercurius, cujus in eo cultus erat, quod lapides in eum conjectarent, vel coram eo spargerent. Varios id genus cultus cæteris etiam imaginibus assignarunt; ideoque qui se coram Mercurio detegeret, lapidemve in Peor spargeret, liber erat, donec proprio ei cultu serviret, juxta quod dictum est [Deut. 12. v.30.] *quomodo servierunt Gentes istæ Diis suis? ut ego sic faciam*. Ac propter ejusmodi necessarium est Senatui scire modos colendi, ne lapidibus obruant Idololatram, antequam iis constiterit, hunc esse ejus cultum. Qui verò colit Idola ritu suo, etsi per ludibrium hoc faciat, reus est; exempli gratia, qui detegit seipsum coram Peor ad illudendum ei, aut lapide Mercurium petit in contemptum ejus, quia cultus illius in hoc consistit, reus est.

11. In foro Israelitico ob Idololatriam morte mulctandus erat, qui Deum alienum disertis verbis invocaret, vel adoratione, vel immolatione, vel suffimento, vel libamine, vel cultu Numini vero proprio, vel cultu isti Deo alieno peculiari, idque saltem velut numen, coleret. Vide Maimonidem de Idololatria cap. 3. sect. 3 & 4.

12. de hac re sic plenius Maimonides in tractatu de Idololatria c.3. sect. 10.

אסור לעשות צורות לנוי ואף על פי שאינן עבורת כוכבים ומזלות שנאמר לא תעשון אתי כלומר צורות של כסף וזהב שאינם אלא לנוי כרי שלא יטעו בהן הטועים וירמו שהן לעבורת כוכבים ומזלות ואין אסור לצור לנוי אלא צורת הארם בלבר לפיכך אין מציירין לא בעץ ולא בסיר ולא באבן צורת הארם והוא שתהיה הצורה בולטת כגון הציור והכיור שבטרקלין וכיוצא בהן ואם צר לוקה אבל אם היתה הצורה משוקעת או צורה של סמנין כגון הצורות שעל גבי הלוחות או הטבליות או צורות שרוקמין בארג הרי אלו מותרות i.e. Vetitum est facere imagines, etiam ornatus gratia, tametsi non fiant ad cultum idololatricum; quippe dictū est (Exod. 20. v. 23.) *non facietis mecum*, &c. ac si diceres, non facietis imagines argenteas, vel aureas vel tantum ornatus gratia, ne per eas seducantur errantes, atque existiment Idololatriæ causa factas Non autem prohibitum est formare propter ornatum præterquam hominis figuram; atque eam ob causam non est formanda aut ex ligno, aut ex calce, aut ex lapide figura hominis: sed hoc capiendum est de imagine, quæ protuberat, quales sunt

V 2 figuræ

figuræ, & sculpturæ in Palatiis, & his similes. Talem igitur si quis fecerit vapulat; sin figura sit depressa, vel coloribus expressa, uti illæ quæ in tabulis mensisve fiunt, aut quæ intextæ operi textorio, pro licitis habentur.

13. Vide Levit. 24. v. 16.

14. Scilicet per nomen יהוה *Iehovah*, quod Dei proprium est, utpote quod non attributum aliquod, ut cætera nomina, quin ipsam Dei essentiam significat; de eo legas Buxtorfium in Tractatu de Nominibus Dei, Drusium de Nomine Tetragrammato, Gatakerum, Capellum, aliosque de eodem argumento.

15. Qualia sunt אלהים *Elohim*, אדני *Adonai* &c, quæ non significant ipsam Dei essentiam, sed tantum attributa illius; nec ei propria sunt, quin etiam hominibus communicantur.

16. Israelita enim non erat pro blasphemo lapidandus, nisi Deo maledixisset nomine illius proprio, nempe Tetragrammato; dictum enim est Levit. 24. v. 16. ונקב שם יהוה יומת. i. e. *Qui blasphemaverit nomen Dei morte mulctabitur*; ubi per nomen Dei intelligunt tantum Tetragrammatum, atque ideo ex Lege juxta eorum doctrinam Israelita tum solum mortis reus erat, cum Deo maledixisset per illud nomen; Noachidæ vero, cum sub Lege non essent, illius beneficio non fruebantur, atque ideo ob quamcunque Dei maledictionem, quocunque modo facta fuisset, erant morte mulctandi.

17. טריפה *Terephah* proprie significat laceratum, seu vulneratum; Rabbini autem vocem extendunt ad quodcunque animal, sive hominem, sive brutum, cui vel ex vulnere, vel ex morbo, vel ex quocunque casu mors prope imminet; de ea sic Maimonides in tractatu de mactandi ritu c. 5. sect. 1. הטרפה האמורה בתורה היא הנוטה למות *Terephah, de quo in Lege dicitur, est quicquid morti appropinquat*. &c.

18. Israelita enim non erat ob homicidium morte mulctandus, nisi ex animi intentione, inspicientibus duobus testibus, & à facto dehortantibus, Israelitam, sive adultum, sive non, si modo ad perfectam viventis naturam maturatum, manibus suis occidisset, ipseque solus causa illius mortis fuisset. Si quis ideo Israelita percussâ gravidâ infantem in utero illius interfecisset, non erat morte puniendus, quia infans nondum ad perfectam viventis naturam pervenerat; sed tantum ei imposita erat mulcta fœminæ marito solvenda pro compensatione damni uxoris corpori illati; vide Exod. 21. v. 22. Nec etiam Israelitæ mortis pœna infligenda erat ob cædem ægri, qui scilicet vel ex morbo, vel ex vulnere prius accepto decumbebat; quia ipse solus pro causa mortis illius non habebatur: nec etiam ob cædem illius, quem Leoni exposuerat, vel fame necaverat, quia non ipse occiderat manibus suis; nec ob cædem aggressoris à quo poterat sine cæde illius semet liberare; licet ille homicidii reus esset, uti indicat Maimonides in Tractatu de Homicidio cap. 1. sect. 13. כל היכול להציל באבר מאבריו ולא טרח בכך אלא הציל בנפשו של רודף והרגו הרי זה שופך דמים וחייב מיתה אבל אין בית דין ממיתין אותה i. e. *quicunque se potest ab*

ab aggressore per mutilationem membri liberare, & hoc non conabitur, quin liberat se per cædem illius qui eum vi aggreditur, illumque occidit, ecce ille effundit sanguinem, & reus est homicidii; Synedrium tamen non potest eum morte mulctare. Rationem subjungit Commentator שמאחר שלא נתכוון אלא להציל לא שייך ביה התראה i.e. *quia, cum intentionem non habuisset, nisi semetipsum liberare, in eo locum non habet admonitio* seu *dehortatio* à facto; nemo enim ob aliquod facinus apud Judæos puniendas erat, nisi de eo non perpetrando prius admonitus fuisset, vide infra not. 44. Præterea ob has rationes in foro Israelitico etiam à mortis pœna immunis erat, qui infantem ante completos novem menses in lucem editum intra triginta dies occidisset, quia nondum ad perfectam viventis naturam maturuerat, atque ideo pro abortivo habendus erat, donec transegisset trigesimum diem à natalibus suis: & sic etiam ab ea liber erat, qui immisso servo aliquem occidisset, quia non ipse occiderat manibus suis: uti etiam qui Gentilem vel Proselytum domicilii interfecisset, quia dicunt Judæi tantum sibi interdictum esse *cædem machinari contra proximum suum*, Exod. 21. v. 14; pro proximis autem habent illi solos Israelitas, & Proselytos Justitiæ, quod iis objicit Christus Luc. 10. v 30, 31. &c: liber etiam erat, qui socios homicidii habuit, quia non ipse solus facinus perpetrasset, atque ideo illius accusari non poterat: uti etiam & homicida qui à duobus testibus convinci non poterat, vel qui non admonitus fuerat. Sed licet Synedrium tales homicidas jure ordinario ad pœnam capitalem non poterat condemnare, non tamen impune demittebant, quin carcere inclusos variis ærumnis affligebant, donec morerentur. Sed Noachida, qui aliquem occidisset, quocunque modo id fecerat, ex jure Noachidarum juxta Judæorum doctrinam gladio plectendus erat, quippe dixit Deus Noacho Gen. 9. v. 5. *de manu hominis, de manu viri fratris ejus requiram animam hominis. Quicunque effuderit sanguinem humanum per hominem fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo.*

19. Vide supra cap. 2. sect. 10. hujus Tractatus.

20. Gen. 2. v. 24.

21. Gen. c. 20. v. 12.

22. Vide Levit. 20. v. 16.

23. i. e. jam postquam nuptiæ illius consummatæ fuissent per coitum.

24. Gen. 20. v. 3.

25. Virgo enim postquam desponsata est apud Judæos reputatur tanquam uxor viri, atque ideo qui concumbit cum ea est reus adulterii, ob illudque crimen in foro Israelitico est lapidandus, vide Deutr. 22. v. 23. & 24. Misn. in Tractatu Sanhedrin cap. 7. & Maimonidem in Sanhedrin c. 15. sect 10.

26. Uti qui concumbit cum uxore aliena apud Judæos, is enim in foro Israelitico strangulatione plectendus erat, vide Misn. in Sanhedrin cap. 7. & Maimonidem in Sanhedrin cap. 15. sect. 13. De modo exigendi hoc supplicium sic idem Maimonides in eodem capite sect. 5. משקעין את המחייב בזבל עד ארכובותיו ונותנין סודר קשה לתוך הרך כורכין

וכורכין על צוארו זה מושך אצלו וזה מושך אצלו עד שתצא נפשו i. e. *reum immergebant fimo ad genua usque, & deinde linteum durum in medio mollioris involutum circumligabant collo illius, trahebantque ad se, unus* scilicet testis ab hac extremitate, *& alter* ab illa extremitate; *donec animam exhalaret.*

27. Non ex jure Israelitico, sed Noachidarum; juxta enim Leges Israelitarum qui concumberet cum uxore aliena strangulatione puniendus erat, uti modo notatum; sed ex jure Noachidarum juxta Judæos quicunque deliquerit unico solo supplicio nempe gladio erat plectendus; vide infra sect. 14. & cap. 5. sect. 5.

28. Ex dominio enim, quod habuit ille in servos suos juxta doctrinam Judæorum poterat ancillas suas servis in contubernium adjungere, ab iisque iterum separare pro arbitrio suo, vide supra c. 2. sect. 19.

29. nempe deposito velo, sine quo nuptæ apud Judæos nunquam in publicum prodire solebant.

30. Conjugia enim apud Gentiles, dicunt Judæi, pendebant tantum ab arbitrio conjugum, ita ut si alterutrum eorum alterius tæderet, poterant pro libitu connubium dissolvere, maritus nempe uxorem ejiciendo è domo sua, & uxor discedendo à marito, vide quæ supra dixi not. 4 ad cap. 3.

31. sicut fieri solet apud Judæos, ex quorum jure maritus non debuit uxorem demittere, nisi dato ei libello repudii.

32. Uti apud Judæos, qui non poterant uxores repudiare, nisi ex justa causa per Senatum approbanda.

33. Nempe uvas è vineto, vel oleas ex oliveto, in quo operatur.

34. Quippe dictum est, Deutr. 23. v. 24. *Ingressus vineam proximi tui comedas uvas, quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum, & si intraveris in segetem proximi tui decerpas spicas manu tua &c.*

35. i. e. ob quamcunque rem furto surreptam, quantuluscunque illius valor sit; sed apud Judæos non ita se res habuit, nec ex iis quis furti reus censebatur, nisi res surrepta excederet statutum valorem, nempe Prutæ.

36. nempe illius cujus esus est illicitus; Israelitis enim præscripta erat quantitas olivæ, ita ut si quis Israelita comederet quantitatem olivæ de re, cujus esus ei prohibebatur, reus erat; sin minus quam quantitatem olivæ, non erat reus: cum vero Gentilibus hæc quantitas non præscripta esset, illi ob esum membri de animali viventi rei erant, quantulumcunque illud esset, quod comestum fuerat.

37. Explicat hic Maimonides tantum opinionem suam; sed Rabbi Abraham Ben Diur eam non approbat, non tamen Maimonidem sed scribam erroris arguit, dicit enim ille נראה לי שזה טעות סופר וראוי להיות אבל השרץ i. e. *videtur mihi hoc erratum esse à scriba commissum, & quod debet esse* אבל השרץ i. e. *sed quoad reptilia.* Judæi enim esum reptilium (sub quo genere comprehendunt pisces, locustas &c.) & sibi ipsis, & Noachidis, sine mactationis alicujus ritu, aut sanguinis effusione, etiam plane

plane vivorum, licitum esse volunt; vide Maimonidem de ritu mactandi cap. 1.

38. Scilicet asperam Arteriam & Oesophagum; si enim utrique hi non discindantur, res mactata pro cibo illicito apud Judæos reputatur, & quod comedi omnino prohibetur.

39. i.e. quamdiu caro illius motitat, quod fieri solet in bestia recenter mactata.

40. Rationem sic explicat Moses Mikotzi in præcepto affirmativo 122. ויש שבני נח חייבין עליו ולא ישראל כגון אבר מן החי מן הטמאה וכגון בהמה שחיטה ומפרכסת אבר ובשר הפורשים ממנה אסורים לבני נח ולא לישראל מפני שאין השחיטה מתרת לבני נח כמו לישראל i.e. *sunt autem nonnulla, ob quæ Noachidæ rei fiunt, non item Israelitæ, veluti in membro animalis viventis, quod immundum est* (Israelitam enim ob esum membri de animali viventi immundo tantum immunditiei nomine, non membri animalis viventis reum volunt) *uti etiam in pecore mactato & adhuc motitante; membrum enim seu caro, quod ab eo exscindunt, Noachiais illicitum est, non vero Israelitis; quoniam scilicet indultus ex ritu mactationis non pertinet ad Noachidas, quemadmodum ad Israelitas.*

41. Vide Genes. cap. 34.

42. Israelita vero nunquam nisi ex testimonio duorum testium, vide Num. 35. v. 30. Deutr. 17. v. 6. & 19. v. 15.

43. Israelita vero non item; quippe ille nunquam ad mortem condemnatus erat, nisi ex sententia Synedrii XXIII-viralis, vel Synedrii LXXI-viralis; in nullo enim alio foro apud Israelitas de rebus capitalibus agebatur.

44. Apud Judæos vero nemo unquam morte mulctandus erat ob quodcunque crimen, nisi de eo prius admonitus fuisset, sic enim Maimonides in Sanhedrin cap. 12. sect. 1. כיצד דנין דיני נפשות· בשיבואו עדים לבית דין ואומרים ראינו זה או פלוני שעבר עבירה פלונית אומרין להן מכירין אתם אותו התריתם בו אם אמרו אין אנו מכירין אותו או נסתפק לנו או שלא התרו בו הרי זה פטור i.e. *Quomodo judicant in causis capitalibus?* Resp. *Cum testes ingressi sint in Domum judicii, dicant vidimus hunc vel talem virum committentem talem transgressionem, interrogant eos, an cognoscitis eum? an admonuistis eum? si respondeant, non cognoscimus eum, vel dubium nobis est an cognoscimus, vel si non admonuissent eum, liberatur.*

45. Apud Judæos autem propinqui nunquam testes erant.

CAP. V.

פרק חמישי

א בן נח ששגג באחת ממצוותיו פטור מכלום חוץ מרוצח בשגגה שאם הרגו גואל הדם אינו נהרג עליו· ואין לו עיר מקלט אבל בתי דיניהן אין ממיתין אותו· במה דברים אמורים בשגג באחת ממצות ועבר בלא כוונה כגון שבעל אשת חבירו ורמה שהיא אשתו או פנויה אבל אם ידע שהיא אשת חבירו ולא ידע שהיא אסורה עליו אלא עלה על לבו שדבר זה מותר לו וכן הוא אם הרג והוא לא ידע שאסור להרוג הרי זה קרוב למזיד ונהרג ולא תיחשב זו להם שגגה מפני שהיה לו ללמוד ולא למד:

ב בן נח שאנסו אנס לעבור על אחת ממצוותיו מותר לו לעבור אפילו נאנס לעבור עבודת כוכבים ומזלות עובד

CAP. V.

I. SI Noachida unum *aliquod* ex *his septem* præceptis, quibus is tenetur, violaverit ex errore, omnino liber eſt, excepto *ſolo* eo qui homicidium ex errore commiſit; cum enim ſi (1) vindex ſanguinis interficeret, non eſt propterea morte mulctandus; neq; ei *aſſignata* eſt urbs refugii; ſed (2) Curia Noachidarum non interficiet eum. In quo caſu dicta ſunt hæc? *Reſp.* Cum quis ex errore violaverit unum *aliquod* ex his præceptis, *illudque* tranſgreſſus ſit ſine intentione; Exempli gratia, ſi concumbat cum uxore proximi ſui, eamque putet eſſe uxorem ſuam, vel *fœminam matrimonio* ſolutam: ſed ſi cognoſcat, quod ſit uxor proximi ſui, licet ignoret, quod ei interdicta ſit, quin veniat in mentem illius, quod *cum ea concumbere* res ſibi licita ſit; & ſic ſi homicidium commiſerit, licet ignoret quod homicidium prohibitum ſit, *adeo tamen* ille appropinquat ad peccatum ex induſtria commiſſum, *ut* morte mulctandus ſit, neque *omnino* hoc in eo reputabitur tanquam ex errore *commiſſum*; quippe (3) ipſius erat diſcere, & non didicit.

II. Si Noachida vi adigeretur violare unum *aliquod* ex *ſeptem* præceptis, quibus tenetur, licitum eſt ei violare; immo etiamſi adigatur colere

לפי שאינן מצווין על קדוש השם ולעולם אין עונשין מהן לא קטן ולא חרש ולא שוטה לפי שאינן בני מצוות:

colere Idola, colat ea; quoniam Noachidis non præceptum est (4) de sanctificatione nominis Dei. E Noachidis nunquam puniendus est quisquam minor, aut surdus, aut mentis inops, quia hi minime sunt (5) filii præceptorum.

נ׳ בן נח שנתגייר ומל וטבל ואחר כך רצה לחזור מאחרי השם ולהיות גר תושב בלבד כשהיה מקודם אין שומעין לו אלא יהיה כישראל לכל דבר או יהרג׳ ואם היה קטן כשהטבילוהו בית דין יכול למחות בשעה שיגדיל ויהיה גר תושב בלבד וכיון שלא מיחה בשעתו שוב אינו ממחה אלא הרי הוא גר צדק׳ לפיכך אם בא ישראל על קטנה שהטבילוה בית דין כסף כתובתה או קנס אונס או מפתה יהיה הכל תחת יד בית דין עד שתגדיל ולא תמחה בגירות שמא תטול ותגדיל ותמחה ונמצאת זו אוכלת בכותיותה מעות שאין לה זכות בהן אלא בדיני ישראל:

III. Si Noachida factus sit Proselytus *justitiæ*, & circumcidatur, & baptizetur, & postea voluerit à Deo iterum deficere, ut fiat tantum Proselytus Domicilii, sicut prius fuerat, non auscultabunt ei, quin erit in omnibus sicut Israelita, vel (6) interficietur. Sed si minorennis fuisset, cum baptizatus esset *nempe* (7) a concessu *Triumvirali*, potest *Proselytismo suo* iterum renunciare, quo tempore adoleverit, ita ut fiat tantum Proselytus domicilii; sed si non renunciaverit eo ipso tempore, (8) quo primum adoleverit; deinceps non renunciabit omnino, quin erit Proselytus justitiæ; quapropter si Israelita concumbat cum *Proselyta* minorenni, quam baptizaverat Consessus *Triumviralis*, (9) pecunia dotis illius, vel mulcta constuprantis, seu pellicientis *ei ex Lege assignata* tota erit in potestate Consessus *Triumviralis*, donec adoleverit, & non renunciaverit Proselytismo suo; ne forte cum acceperit, & adoleverit, renunciet *Proselytismo*, & inventa sit in Ethnicismo suo expendere *in res suas eam* pecuniam, ad quam (10) nullum possit jus acquirere, nisi in foro Israelitico.

IV. Si Noachida blasphemasset nomen Dei, vel coluisset Idola, vel concubuisset cum uxore proximi sui, vel interfecisset proximum suum, & deinde factus sit Proselytus *justitiæ*, liber est, sed si occidisset Israelitam, vel concubuisset cum uxore Israelitæ, licet deinde factus sit Proselytus *justitiæ*, (11) *nihilominus* reus habetur, & gladio interficiendus est ob Israelitam, quem occiderat; & strangulandus ob uxorem Israelitæ, cum qua concubuerat, quoniam jam (12) mutatum est judicium illius.

ד בן נח שבירך את השם או שעבד עבודת כוכבים ומזלות או שבא על אשת חבירו או שהרג חבירו ונתגייר פטור ׃ הרג בן ישראל או שבא על אשת ישראל ונתגייר חייב והורגין אותו על בן ישראל וחונקין אותו על אשת ישראל שבעל שהרי נשתנה דינו׃

V. Jam (13) explicavimus, quod omnis pœna capitalis Noachidæ infligatur gladio; sed si concumbat cum uxore Israelitæ, dum adhuc tantum desponsata sit, (14) lapidandus est; & si concumbat cum ea postquam introducta sit in thalamum mariti sui, priusquam vero ei coitu conjugata sit, (14) strangulandus est.

ה כבר ביארנו שכל מיתת בני נח בסייף אלא אם בעל אשת ישראל נערה מאורסה יסקל ואם בעלה אחר שנכנס לחופה קודם שתבעל יחנק׃

VI. Ex Orali traditione accepimus, quod Noachidæ (15) bestias diversæ speciei coitu commiscere, & (15) arbores diversæ speciei sibi invicem inserere prohibentur solomodo, non vero interficiuntur, *si transgressi fuerint*. Si Gentilis percusserit Israelitam, etiamsi vulneret eum, quamvis mortis reus est, non tamen morte mulctatur.

ו מפי הקבלה שבני נח אסורין בהרבעת בהמה ובהרכבת אילן בלבד ואין נהרגין עליהן וכותי שהכה ישראל אפילו חבל בו אף על פי שהוא חייב מיתה אינו נהרג׃

VII. Circumcisio præcepta fuit Abrahamo, & semini illius solomodo, sicut dictum est (16) *tu &*

ז המילה נצטווה בה אברהם וזרעו בלבד שנאמר

em:n-

אתה וזרעך אחריך · יצא זרעו של ישמעאל שנאמר כי ביצחק יקרא לך זרע · ויצא עשו שהרי יצחק אמר ליעקב ויתן לך את ברכת אברהם לך ולזרעך · מכלל שהוא לבדו זרעו של אברהם המחזיק בדתו ובדרכו הישרה והם המחוייבין במילה:

ח אמרו חכמים שבני קטורה שהם זרעו של אברהם שבא אחר ישמעאל ויצחק חייבין במילה והואיל ונתערבו היום בני ישראל בבני קטורה יתחייבו הכל במילה בשמיני ואין נהרגין עליה:

ט כותי עובד כוכבים ומזלות שעסק בתורה חייב מיתה לא יעסוק אלא בשבע מצוות שלהן בלבד · וכן כותי עובד כוכבים ומזלות ששבת ביום מימות החול אם עשאהו לעצמו כמו שבת חייב ואין צריך לומר אם עשה מועד לעצמו · כללו של דבר אין מניחין אותן לחדש דת ולעשות מצוות לעצמן

semen tuum post te. Excluditur semen Ismaelis, quia dictum est (17) *in Isaaco vocabitur semen tuum.* Excluditur etiam Esau, nam Isaacus dixit Jacobo, (18) *Det tibi Deus benedictionem Abrahami, tibi & semini tuo*, hinc concluditur, quod illi soli sunt de semine Abrahami, qui possident religionem illius, moresq; illius rectos, iique obligantur ad circumcisionem.

VIII. Tradunt sapientes, quod filii Keturæ, qui etiam erant de semine Abrahami, cum nati essent post Ismaelem & Isaacum, obligantur ad circumcisionem;& quandoquidem hisce diebus Israelitæ & filii Keturæ sibi invicem permisti sint, obligantur omnes ad circumcisionem die octavo, sed non morte mulctantur, si omiserint.

IX. Si Gentilis Idololatra legem *Mosaicam* observaret, reus est mortis; quippe ei non observanda sunt nisi *ea* sola septem præcepta, quæ ad Gentiles pertinent; & sic si Gentilis Idololatra Sabbathum celebraret, etiamsi id faceret die profano, si tamen illum sibi constitueret, ut sit instar Sabbathi, reus est mortis, *& hoc explicato* non opus est dicere, *quod etiam reus est*, si diem festum sibi *celebrandum* constitueret. Summa rei est non permittunt Gentilibus aliquid innovare in jure suo,

aut præcepta sibi ultro facere; sed unusquisque eorum vel erit Proselytus Justitiæ, & suscipiet in se omnia præcepta, vel in lege permanebit suâ, eamq; nec augebit nec diminuet; & si observet Legem, vel Sabbathum celebret, aut quid aliud innovet in lege sua, eum flagris cædent, & pœnis mulctabunt, notumq; ei facient, quod propter hoc mortis reus sit, tametsi ea non afficiatur.

X. Sed si Noachida voluerit observare aliquod (19) aliud è præceptis Legis ut mercedē assequatur, nō prohibent eum observare ea juxta modum præscriptum; si ideo afferat holocaustum, accipient ab eo; si det eleemosynas, etiam accipient ab eo; & videtur mihi, quod debeant distribuere eas etiā pauperibus Israelis, quandoquidem Noachidæ nutriantur ex Eleemosynis Israelis, nobisque præceptum sit de illis, quod (20) sustentaremus eos; sed *mos receptus est*, si Gentilis det Eleemosynas, accipiunt ab eo, & (21) distribuunt eas pauperibus Gentilibus.

XI. Obligatur Synedrium Israeliticum Judices præficere istis Proselytis domicilii, qui secundum jura illa *Noachidarum supra memorata* iis jus dicant, ne mundus quid detrimenti capiat. Si Synedrio placuerit Noachidarum judices ex ipsis Noachidis constituere, *ex iis* constituant *eos*; & si placuerit constituere ex Israelitis, constituant *ex iis*.

מרעתן אלא או יהיה גר צדק ויקבל כל המצוות או יעמוד בתורתו ולא יוסיף ולא יגרע· ואם עסק בתורה או שבת אי חדש דבר מכין אותו ועונשין אותו ומודיעין אותו שהוא חייב מיתה על זה אבל אינו נהרג:

י בן נח שרצה לעשות מצוה משאר מצות התורה כדי לקבל שכר אין מונעין אותו לעשותן כהלכתה ואם הביא עולה מקבלין ממנו· נתן צדקה מקבלין ממנו· ויראה לי שנותנין אותה לעניי ישראל הואיל והוא ניזון מישראל ומצוה עליהם לחיותו· אבל הכותי שנתן צדקה מקבלין ממנו ונותנין אותה לעניי כותים:

יא חייבין בית דין של ישראל לעשות שופטים לאלו הגרים התושבים לדון להן על פי המשפטים אלו כדי שלא ישחת העולם אם ראו בית דין שיעמידו שופטיהם מהן מעמידין ואם ראו שיעמידו להן מישראל מעמידין:

XII. Si

יב שני כותים עובדי כוכבים ומזלות שבאו לפניך לדון בדיני ישראל ורצו שניהן לדון דין תורה דנין האחר רוצה והאחר אינו רוצה אין כופין אותו לדון אלא בדיניהן היה ישראל וכותי עובד כוכבים ומזלות אם יש זכות לישראל בדיניהן דנין לו בדיניהם ואומרים לו כך דיניכם ואם יש זכות לישראל בדינינו דנין לו דין תורה ואומרים לו כך דינינו· ויראה לי שאין עושין כן לגר תושב אלא לעולם דנין לו בדיניהם· וכן יראה לי שנודגין עם גרי תושב בדרך ארץ וגמילות חסדים כישראל שהרי אנו מצווין להחיותן שנאמר לגר אשר בשעריך תתננה ואכלה וזה שאמרו חכמים אין כופלין להן שלום לא בגר תושב אפילו הכותים צוו חכמים לבקר חוליהם ולקבור מתיהם עם מתי ישרא׳ ולפרנס ענייהם בכלל עניי ישראל מפני דרכי שלום

XII. Si duo Gentiles Idololatræ compareant coram te, ut judicentur secundum jura Israelitica, si voluerint utrique illi judicari secundum jura Legis, *secundum ea* judicentur; sed si unus voluerit, alter vero noluerit, non cogendi sunt judicari, nisi secundum jura sua: sed si Israelita & Gentilis Idololatra *veniant ut judicentur*; si plus commodi fuerit Israelitæ judicari secundum jura Noachidarum, tum judicabunt eum juxta ea jura, dicentque Gentili ita *se res habet* secundum jura vestra; sed si plus commodi fuerit Israelitæ judicari secundum jura nostra, tum judicabunt eum secundum jura Legis, dicentque Gentili ita *se res habet* secundum jura nostra: sed mihi videtur, quod non debent sic agere cum Proselyto Domicilii, sed quod perpetuo judicabunt illum secundum jura sua; & sic etiam videtur mihi, quod Israelitæ debent se gerere erga Proselytos domicilii in moribus civilibus, & in exercendis beneficiis, sicut erga Israelitas; mandati enim sumus sustentare eos, sicut dictum est (22) *dabis illud peregrino, qui est intra portas suas, ut comedat*; & hoc quod dicunt Sapientes, non reiterabunt iis salutationem, (23) non intelligendum est de Proselyto Domicilii; nã etiam de Gentilibus Idololatris præceperunt sapientes, ut visitaremus ægrotos eorum, & sepeliremus mortuos eorum uti mortuos Israelis,

& victum præberemus pauperibus eorum promiscue cum pauperibus Israelis pacis gratia; ecce enim dictum est, (24) *Bonus est Dominus universis, & miserationes ejus supra omnia opera ejus*; etiam dictum est (25) *viæ ejus sunt viæ amœnitatis, & omnes semitæ ejus pacis.*

הרי נאמר טוב יהוה לכל ורחמיו על כל מעשיו ונאמר דרכיה דרכי נעם וכל נתיבותיה שלום:

Notæ ad Cap. V.

1. i. e. Cognatus occisi, is scilicet, qui ei proximus hæres erat; ille enim tenebatur cædem cognati sui cæde homicidæ vindicare, vide Num. 35. v. 19. quamprimum enim ei innotesceret cognatum suum occisum fuisse, tenebatur homicidam gladio persequi, & si eum assecutus fuisset priusquam ad civitatem refugii poterat pervenire, interficere; quin si homicida ad civitatem refugii pervenisset, priusquam illum assequi poterat, inde eum postulabat ad causam dicendam coram Synedrio istius civitatis, in qua homicidium commissum fuerat, (Num. 35. v. 24.) & si compertus fuisset homicidium ex errore commisisse, ad civitatem refugii iterum remittebatur, ibique tanquam in Asylo habitabat, donec moreretur Pontifex maximus, post mortem autem illius iterum redibat ad civitatem suam, nec vindex sanguinis ullam deinceps ab eo vindictam sumere poterat, vide Joshuæ cap. 20. vv. 3,4,5,6. sed si compertus fuisset homicidium ex industria commisisse, traditus erat in manus vindicis sanguinis, isque occidebat eum. Cum vero Noachidis nulla assignata esset urbs, ad quam post commissum homicidium confugerent, si illi in terra Israelitica sive ex industria, sive ex errore, seu casu aliquem occidissent, iis nullum erat refugium, quin proximus occisi cognatus eum poterat jure occidere, quocunque inveniret.

2. Quæ scilicet constituta erat de eorum rebus judicandis, vide infra sect. 11.

3. Ignorantia enim juris, quod quis tenetur cognoscere, adhibitaque morali industria cognoscere potest, non excusat peccatum.

4. De Sanctificatione & profanatione nominis Dei frequens est mentio in Rabbinicis scriptoribus; profanare nomen Dei apud eos dicitur, quicunque aliquod præceptum Legis sciens & volens violaret, sive id faceret ex præsumptione, sive alicujus periculi evitandi gratia, uti etiam qui aliquod Scandalum præberet, quo apud plebem religio & cultus divinus quid detrimenti caperent: Exempli gratia, si quis ex industria ad Deum irritandum peccaret; vel ob metum mortis ea præcepta violaret, quorum violationi mors præferenda esset, qualia sunt præcepta de Idololatria, de Prohibito congressu, & de Homicidio; vel si quis Doctor Legis ea ageret, quæ licet peccata non sint, hominibus tamen offensioni essent, ita ut inde ipsius, Legisque, quam docet, reverentia apud plebem vilesceret, is profanare nomen Dei dicebatur; vide Maimonidem de Fundamentis Legis cap. 5. E contra vero, qui

non obstantibus damnis, seu periculis, vel morte ipsa in observatione Legis constanti & pio animo perseveraret, sanctificare nomen Dei dicebatur; & sic illud sanctificavit Josephus in Ægypto, cum in damnum suum ab uxore domini sui abstinuisset; & Shidrachus, Meshacus, & Abednego, & septem Maccabæi, cum morti se obtulissent potius quam Deos alienos colerent. Et hæc est Sanctificatio nominis Dei, quæ Israelitis præcepta est Levit.c.22. vv.31,32. *Custodite mandata mea, ac facite; Ego sum Dominus, ne profanetis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israel*; quo præcepto obligatos dicunt omnes Israelitas, Gentiles vero non item, ita ut si quis eorum cogeretur idola colere, aut incestum committere, aut occidere proximum suum, licitum erat ei hoc facere; & hinc est, dicunt illi, quod cum Naaman Syrus Proselytus domicilii factus dixisset Elishæ Prophetæ. *Hac in re condonet Dominus servo tuo, cum ingrediatur dominus meus ædem Rimmonis, ut incurvet se ibi, & nitatur manu mea; si incurvavero me in æde Rimmonis, hoc incurvare meum in æde Rimmonis condonet quæso Dominus servo tuo in hac re*, respondisset propheta *vade in pace*, vide 2 Reg. c. 5. vv. 18, 19. cum enim ille tantum Proselytus domicilii esset, dicunt Judæi licitum ei erat cogente Rege suo idolum colere, quoniam ei non præcepta erat sanctificatio nominis Dei.

5. i. e. non sunt capaces præceptorum, atque ideo iis non tenebantur.

6 nempe ut Apostata, quia à vera religione semel recepta iterum defecerat.

7. vide supra not.13. ad cap. 1.

8. Adultæ ætatis esse dicitur vir, cum ad annum ætatis decimum tertium, & fœmina, cum ad annum ætatis duodecimum pervenisset.

9. Quicunque enim cum Virgine concubuerat apud Judæos, tenebatur vel eam sibi in uxorem accipere, vel dotem ei dare, vide Exod. c. 22. v. 17. pecuniam autem Dotis illius ad minimum erat quinquaginta sicli, vide Deut. c.22. v.29. & insuper etiam mulctam dabat, nempe si pellexisset eam, ita ut ex consensu illius cum ea concubuisset, mulctam dabat pro violato illius pudore, & pro infamia ei inde contracta; sed si vi compressisset, præter hanc mulctam aliam insuper dabat pro pœna, qua eam in vi inferenda affecerat; vide Maim. in Tractatu de Puella Virgine cap.2.

10. i.e. nisi ex jure Israelitico; Lex enim de dote & mulcta virgini compressæ data Israelitis peculiaris erat; atque ideo nemo illius beneficio frui poterat, nisi qui toti Legi Israeliticæ se subjugaverat.

11. Quippe ob Israelitam, quem occiderat, & Israelitidem, quam constupraverat, judicandus erat in foro Israelitico: per proselytismum enim Gentilis, uti à foro Noachidarum exemptus fuerat; sic etiam ab omnibus suppliciis, quibus in eo foro obnoxius erat, liberabatur; sed si ante Proselytismum reus fuisset alicujus criminis, de quo in foro Israelitico cognoscendum esset, non omnino per proselytismum à supplicio liberabatur, quoniam causa semper pendebat in eodem foro; Gentilis autem in foro Israelitico judicandus erat ob quodcunque crimen contra Israelitam sive originarium sive ascititium commissum.

12. Nempe quoad supplicium, quia scilicet in foro Israelitico judicandus

erat;

erat; si enim in foro Noachidarum causam dixisset, mors per gladium ei infligenda esset, & non per strangulationem; quippe apud Noachidas solo gladio exigenda erat omnis pœna capitalis, in foro autem Israelitico non item, quin ibi juxta varios criminum reatus, qui eorum convicti erant variis suppliciorum capitalium generibus, nempe vel lapidatione, vel strangulatione, vel adustione, vel decollatione per gladium afficiebantur, Vide Maim. in Sanhedrin cap. 15.

13. Scilicet cap 4. sect. 14.

14. Quia scilicet in foro Israelitico ob hæc crimina gratiâ Israelitidis, contra quam ea admisit, (uti supra notavi not. 11.) judicandus erat; in foro autem Israelitico, qui concumbit cum desponsata lapidatione, & qui concumbit cum nupta sive coitu maritata sive non, strangulatione plectendus erat.

15. Hæc Judæis prohibita sunt Levit. 19. v. 19; Rabbini dicunt Noachidis etiam vetita fuisse, quippe ille, qui bestias diversarum specierum inter se coitu commiscet, vel qui arbores diversarum specierum sibi invicem inserit, perturbat ordinem creationis, *Deus enim creavit omnia juxta species suas*, vide Gen. 1. & Gen. 6. v. 20. quas si quis commiscendo res diversas immutaret, eodem modo, dicunt illi, contra Deum peccat, ac peccat ille contra regem, qui monetam illius adulteraret, cum igitur dicitur Levit 19. v. 19. *Leges meas custodite; jumentum tuum non facies coire &c.* intelligunt hoc, ac si diceretur custodite has Leges meas, *jumentum tuum non facies coire* &c, quas vobis prius dedi, nempe à prima rerum origine, vide Maimonidem in Kelaim cap. 9. & R. Menachemi Commentarios in Levit. 19.

16. Gen. 17. v. 9. (17) Gen. 21. v. 12. (18) Gen. 28. v. 4.

19. Nempe præter ea, quæ sunt mere ceremonalia; quæ enim prorsus ceremonalia sunt ita Judæis propria volunt, ut nefas sit alicui alii ea observare; sed quoad ea quæ non sunt prorsus ceremonalia, qualia sunt præcepta de eleemosynis, & de cultu Dei per sacrificia &c. in plena erat Noachidarum potestate ea observare, vel negligere.

20. vide supra in Tractatu de Donis pauperum cap. 7. sect. 7.

21. vide supra in Tractatu de Donis pauperum cap. 8. sect. 9.

22. Deutr. 14. v. 21.

23. Pacis gratia tenebantur Israelitæ ipsos Gentiles idololatras semel salutare; sed si occurrerent iis Israelitæ, vel Proselyti domicilii, salutabant eos etiam benignitatis & amoris gratia, atque ideo iis salutationem reiterabant; quod enim dictum est, non reiterabis salutationem Gentili, i. e. eum tantum semel salutabis, scilicet pacis gratia, non intelligendum est de Proselyto domicilii; pacis enim gratia semel salutabant ipsos idololatras, & etiam ægrotos eorum visitabant &c. sed cum Proselytus domicilii multo majora à Judæis mereretur, utpote qui Deum vere coleret, licet non juxta ritus Mosaicos, cum eo multo benignius agere, atque in officiis benignitatis & charitatis erga eum eodem modo quo erga Israelitas fratres suos se gerere tenebantur.

24. Psalm. 145. v. 9. (25) Prov. 3. v. 17.

FINIS.